Nec ē ī īgēuis q hō qui sunt instruat ea sacre scptē ī vno
ūbo plā intell^r^ / qr pphē ut Jeron^9^ dicit sup osee ita loqbāt^r^ de
fcis pntib^9^ q etiā intendēt futa sive vnū ē pple plā sil-
intell^r^ ingmū vnū ē fi^a^ alterius ... distingui inib^r^ sēs^9^ sacre 12
Ad 2^m^ sic pcedit^r^ vr q nō dicant / scptūre s hystorial ul lral Con
allegorieq mo^r^al ⁊ anagoicu / Dicit em ī sac^a^ scptā aliq
figuratiue dnr de xpo / Ita ⁊ figuratiue dnr de multis aliis hoib^9^
sicut dan̄ viii^o^ p hircū capiorū sr rex grecorū / s; h^9^ figuratiue
locutōes nō faciunt aliq sēsum pt lrale ī sac^a^ scptā / g^o^ nc sēs^9^
allegorie^9^ p quē expon^r^ de xpo ea q ī fi^a^ eis pcesserunt / dz ab aliq
sēs^9^ ab hysto^a^ poni p vna ē sba capitis ⁊ mēbrorum / s; sēs^9^ alle^9^ 9

ut pertinet ad caput ecclesie scilicet christum. Sensus autem moralis ut pertinet ad membra
eius scilicet fideles. ergo sensus moralis non debet ab allegorico distingui. Preterea moralis
sensus est qui ad morum instructionem pertinet. Sed sacra scriptura in pluribus
locis secundum litteralem sensum mores instruit. ergo moralis sensus non debet distingui
a litterali. Preterea sicut christus est caput ecclesie militantis ita est caput triumphantis
hic et alibi et alibi christus. ergo non sensus anagogicus per quem aliqua exponuntur
de ecclesia triumphante debet esse alius ab allegorico quo aliqua exponuntur
de christo et ecclesia militante. Preterea si isti quatuor sensus essent de necessitate sacre scripture
quelibet pars sacre scripture deberet hos quatuor sensus habere. Sed hoc falsum est. Ut
enim Augustinus dicit super Genesim ad litteram in quadam sensus litteralis querendus est solus.
ergo hii quatuor sensus non sunt de necessitate exponendi sacre scripture. Sed contra est quod
Augustinus dicit in principio super Genesim ad litteram In omnibus libris sanctis oportet intueri
que ibi eterna intimentur, que ibi facta narrentur, que futura prenun-
tientur, que agenda precipiantur. Primum autem pertinet ad sensum anagogicum,
secundum ad hystoricum, tertium ad allegoricum, quartum ad moralem. ergo quatuor sunt
sensus sacre scripture. Preterea Beda super Genesim in principio dicit quatuor sunt sensus sacre
scripture. hystoria qua res gestas loquitur. Allegoria in qua aliud ex alio in-
telligitur. Tropologia id est moralis locutio in qua de moribus tractandis ordinatur.
Anagogia per quam de summis et celestibus tractaturi ad superiora ducimur.
Respondeo dicendum quod distinctio istorum quatuor sensuum hoc modo accipi debet. Quoniam
enim divinitus est sacra scriptura in tantum qua traditur duplex manifestatio veritatis scilicet per verba et per
verum figuras. Manifestatio autem que est per verba facit sensum hystoricum
sive litteralem. Unde est ad sensum totum litteralem pertinet quod ex ipsa verborum
significatione recte accipitur. Sed sensus spiritualis ut dictum est vel consistit in eo
quod quedam res per figuram aliarum exprimuntur. Et quod visibilia solent esse figure
invisibilium ut dyonisius dicit. Inde est quod sensus iste qui ex figuris accipitur
spiritualis vocatur. Veritas autem quam sacra scriptura per figuras rerum tradit ad duo
ordinatur scilicet ad recte credendum et recte operandum. Si ad recte operandum sic
est sensus moralis qui alio nomine tropologicus dicitur. Si autem ad recte credendum
oportet distinguere secundum ordinem credibilium. Ut enim dyonisius dicit x capitulo celestis ierarchie
status ecclesie militantis medius est inter statum synagoge et statum ecclesie
triumphantis. Vetus igitur testamentum figura fuit novi, vetus simul et novum figura
sunt celestium. Sensus ergo spiritualis secundum quod ordinatur ad recte credendum potest
fundari in illo modo figurationis quo novum simul et vetus sunt ecclesie triun-
phantis et est sensus anagogicus. Ad primum ergo dicendum quod Hugo et etiam Hugo
per quem alie sunt a christo in sceptrum (?) dicuntur non sunt res aliquae sed
similitudines imaginarie ad hoc [illegible] unde id est per [illegible] sunt. Unde
significatione quod per [illegible] similitudines [illegible] non potest ad hystoricum sensum
sed ad primum descendendum [illegible] que in [illegible] contingunt ordinari sic [illegible] ad
[illegible] et [illegible] quod per hoc res [illegible] membra sunt [illegible] alium sensum preter
hystoricum scilicet allegoricum. Si alicubi non inveniatur quod [illegible] per hunc
imaginarias similitudines et significatio non excedit sensum litteralem sic [illegible]

Vetus testamentum figura est ecclesie militantis et est sensus allegoricus. Vel quo.

Ordinem tercii [illegible] applicando [illegible] ad [illegible] applicando [illegible]

Credenda sunt hec sensus Allegoricus quoniam creditur Fides
Operanda sunt hec sensus Anagogicus quoniam creditur Spes
Facienda sunt hec sensus Tropologicus quoniam creditur Caritas

per lapidem qui est excisus de monte sine manibus Daniel 2. Ad 2m dicendum 2.
quod sensus allegoricus non solum pertinet ad Christum ratione capitis sed et ratione membrorum
sicut quod per 12 lapides electos de Iordane ut dicitur Iosue 4 significantur
12 apostoli. Sed moralis sensus pertinet ad membra Christi quantum ad proprios eorum
actus et non secundum quod considerantur ut membra. Ad 3m dicendum quod moralis sensus 3.
non dicitur omnis sensus per quem mores instruuntur sed per quem morum instructio
sumitur ex similitudine aliquarum rerum gestarum. Sic enim moralis sensus est pars
sensus spiritualis. Unde apparet quod numquam est idem sensus moralis et litteralis.
Ad 4m dicendum quod sicut sensus allegoricus pertinet ad Christum secundum quod est caput ecclesie 4.
militantis iustificans eam et gratiam infundens, ita et sensus anagogicus
pertinet ad eum secundum quod est caput ecclesie triumphantis glorificans eam.
Ad 5m dicendum quod quatuor isti sensus non attribuuntur sacre scripture ita ut in qualibet eius 5.
parte sit istis quatuor sensibus exponenda, sed quandoque istis quatuor, quandoque tribus,
quandoque duobus, quandoque uno tantum. In sacra enim scriptura precipue ex prioribus
posteriora significantur, et ideo quandoque in sacra scriptura secundum sensum litteralem dicitur aliquid de priori
quod potest spiritualiter exponi de posteriori, sed non convertitur. Inter omnia autem que in
sacra scriptura narrantur prima sunt illa que ad vetus testamentum pertinent, et ideo ea que
secundum sensum litteralem ad facta veteris testamenti spectant possunt quatuor sensibus exponi.
Secunda vero sunt illa que pertinent ad statum presentis ecclesie, in quibus illa sunt priora que
ad caput pertinent respectu eorum que pertinent ad membra, quia ipsum corpus verum
Christi et ea que in ipso gesta sunt, sunt figura corporis Christi mistici et eorum que in ipso
geruntur, ut in ipso Christo exemplum vivendi sumere debeamus. In Christo etiam futura gloria
nobis premonstrata est. Unde ea que ad litteram de ipso capite Christo dicuntur
possunt exponi et allegorice referendo ad corpus Christi misticum, et moraliter
referendo ad actus nostros qui secundum ipsum debent informari, et anagogice
inquantum in ipso Christo est nobis iter glorie demonstratum. Sed quando secundum litteralem sensum
dicitur aliquid de ecclesia non potest exponi allegorice, nisi forte que dicuntur de
primitiva ecclesia exponantur quantum ad futurum statum ecclesie presentis. Possunt tamen
exponi moraliter et anagogice. Ea vero que moraliter dicuntur secundum sensum litteralem
non consueverunt exponi nisi allegorice. Illa vero que secundum sensum litteralem pertinent ad
statum glorie nullo alio sensu consueverunt exponi, eo quod ipsa non sunt figura aliorum
sed ab omnibus aliis figurata. // Scripturus predictos sensus distinguere debet.

Ad 10m sic proceditur. Videtur quod in aliis scientiis sensus enim spirituales in sacra scriptura 10.
accipiuntur ex quibusdam similitudinibus. Sed in aliis scientiis proceditur et ex quibusdam Con.
similitudinibus, ergo in scripturis aliarum scientiarum possunt sensus plures inveniri ut spirituales.
Preterea poetice artis est rerum quarundam similitudines fictas describere. Ergo videtur quod etiam q.
ex dictis poetarum sensus spirituales inveniantur et non solum in sacra scriptura.
Preterea philosophus dicit quod qui dicit unum quodammodo multa dicit. Ergo videtur quod in aliis scientiis unus sermo 9.
possit designare plures, et non solum sacra scriptura hos sensus spirituales habet. Sed contra Re.
quod dicit Gregorius 20 Moralium super Iob: Sacra scriptura omnes scientias atque doctrinas ipso
etiam locutionis sue more transcendit, quia uno eodemque sermone dum narrat gestum
prodit misterium.

sine

Re Quarto dicendum quod spiritualis sensus sacre scripture accipitur ex hoc quod res cursum suum pera-
gentes sunt ad aliud per quod spiritualem sensum accipimus. Sic autem ordinantur
res in cursu suo ut ex eis talis signum possit accipi quod eius solius qui
sua providentia res gubernat qui solus deus est. Sicut enim homo potest adhibere
ad aliquid significandum aliquas voces vel aliquas similitudines fictas, ita deus ad-
hibet ad significationem aliquarum ipsum cursum rerum sue providentie
subiectarum. Significare autem aliquid per verba vel per similitudines fictas tantum ad signi-
ficandum ordinatas non facit nisi sensum litteralem ut ex dictis patet. Unde in nulla
scientia humana industria inventa proprie loquendo potest inveniri nisi litteralis sensus, sed solum in
ista scriptura cuius spiritus sanctus est auctor, homo vero instrumentum est tantum secundum illud psalmi: lingua
.1. mea calamus scribe velociter. Ad primum ergo dicendum quod in aliis scientiis potest ex similibus
.2. arguendo, non autem quoniam una res sit significata ceteras alias res. Ad secundum dicendum
.3. quod fictiones poetarum non sunt ad aliud ordinate nisi ad significandum. Unde talis significatio
non supergreditur modum litteralis sensus. Ad tertium dicendum quod quicquid dicitur unum quodam-
modo dicitur multa si in potestate sit quod continentur sicut potentia in principiis. Et sic uno cum principio multe
conclusiones sequuntur. Non quod in aliis scientiis per modum significationis quod dicitur de una re
sit de aliis intelligendum ut significatum, sed inde trahi possit per argumentationem.

Questio est de opere manuali. Et circa hoc quod duo queruntur: primo utrum
operari manibus sit in precepto; secundo utrum ab hoc precepto excusentur
illi qui spiritualibus operibus vacant. Videtur quod operari manibus sit in precepto. II Thes.
Ad primum sic proceditur. Videtur quod operari manibus sit in precepto. III. Si quis non vult operari non
manducet. Audivimus enim etc. Glossa: quod hoc precipio quod audivimus etc.
Augustinus in libro de opere monachorum: Audiant ergo quibus hoc preceptum apostoli,
qui non habent hanc potestatem, preceptum dicitur exhortatur ut cum silentio operantes manducent.
Sed nullus peccat mortaliter nisi preceptum transgrediens. Sed ille qui cessat ab opere
manuali mortaliter peccat, ut patet per id quod dicitur II Thes. III:
Si quis non obedierit verbo nostro per epistolam, hunc notate, et ne commisceamini
cum illo ut confundatur. Ergo hoc videtur quod operari manibus sit in precepto. Praeterea
ille qui portat poenam debitam pro peccato subiacet ex necessitate precepto;
sed omnes in Adam peccaverunt, Romanos V. Pena autem peccati Ade est labor manualis,
Genesis III: in sudore vultus tui vesceris pane tuo. Ergo omnibus est preceptum manibus
laborare. Praeterea, Ephesios IIII dicitur: Qui furabatur iam non furetur; magis
autem laboret operando manibus suis. Glossa: laboret operando non solum
per sermones sed etiam manibus suis. Illud autem quod ad omnes pertinet est preceptum
et non consilium. Ergo etc. Praeterea, labor manualis necessarius est ad sustentationem
vite corporalis, sicut actus virtutum sunt necessarii ad sustentationem vite spiritualis.
Sed actus virtutum sunt in precepto. Ergo et laborare manibus. Praeterea, id ad quod
sequitur peccatum mortale non potest sine peccato mortali fieri. Sed ad non laborare
sequitur non manducare, quod quidem est peccatum mortale, II Thes. III: Qui non operatur
non manducet. Ergo non operari manibus est peccatum mortale; ergo eius oppositum
est in precepto. Sed contra. Non est coniunctum precepto vel consilio preceptum dei vel
consilium. Sed deus vel precipiendo vel consulendo dicit Matthei VI: Nolite solliciti
esse anime vestre

Quia autem continuatur labor manuum, quia qui laborat manibus sollicitus fit
de necessariis corporis. ergo labor manuum non est in precepto. preterea lex vetus
quantum ad precepta moralia sufficienter continebat ea que necessaria sunt ad salutem. unde
dominus Matthei xviii. Si vis ad vitam ingredi serva mandata, et loquitur de
mandatis decalogi, unde subdit. Non homicidium facies, Non furtum facies
etc. sed in preceptis veteris legis non continetur de labore manuum ergo labor
manuum non est in precepto. preterea ad precepta servanda omnes tenentur. sed ad la-
borem manuum non omnes tenentur. aliquis qui sunt divites et manibus non la-
borant mortaliter peccarent. ergo labor manuum non est in precepto. preterea ad
precepta non magis tenentur religiosi quam seculares, sed ad laborandum manibus
videntur magis teneri religiosi quam seculares. unde Augustinus in libro de
operibus monachorum monachos reprehendit qui non laborant manibus
non autem alios. ergo etc. preterea usus liberalium artium nobilior est quam mechanice
que in opere manuali consistit, sed usus liberalium artium non est in precepto
ergo multo minus est labor manuum in precepto. Responsio dicendum quod iudicium de
qualibet re sumendum est secundum finem ad quem ordinatur. labor autem manuum
ad quatuor utilis est. Primo ad otium tollendum. unde Ieronimus ad Rusticum
monachum. Semper aliquid facito ut te diabolus inveniat occupatum. Et quod
intelligat de opere manuali patet per hoc quod subiungit. Vel fiscellam texere
iunco et pascha subdit etc. Secundo ad corpus do-
mandum. unde ii ad Cor. vi. aliis carnis macerationibus coniungit
ubi dicit. In laboribus, in operibus quia manibus suis operabatur, et subiungit
In vigiliis et ieiuniis etc. Tertio ordinatur ad querendum victum. Actuum xx.
Ad ea que mihi opus erant et his qui mecum erant ministraverunt manus iste.
Si ergo consideretur labor manuum secundum quod ordinatur ad tollendum otium vel
corpus domandum sic eadem ratio est de labore manuum et de aliis exercitiis
ad eadem ordinatis. non enim est in precepto quod tollatur otium tali vel tali oc-
cupatione sed sufficit ad otium tollendum quecumque licita occupatione
ab otio quis desistat, et occupatio laboris manuum non est in precepto
considerato hoc fine, et similis est ratio de labore manuum secundum quod ordinatur
ad corpus domandum quia multis exercitiis corpus domari potest sicut vi-
giliis ieiuniis et multis aliis huiusmodi. unde nullum corporis exercitium ordinatum
ad talem finem est in precepto in speciali quamvis in generali sit in precepto
corpus domare qualicumque exercitio quo motus concupiscentie reprimantur.
Secundum autem quod ordinatur ad victum querendum sic videtur esse in precepto. unde
dicitur i ad Thess. iiii. Operamini manibus vestris sicut precepimus vobis.
Nec solum est in precepto iuris positivi sed etiam iuris naturalis, illud enim est de lege
naturali ad quod homo ex suis naturalibus inclinatur. Sic autem ex ipsa dispositione
corporis patet quod homo naturalem ordinem habet ad opus manuale, propter quod dicitur Iob v.
Homo ad laborem nascitur et avis ad volandum. Cum enim aliis animalibus

Responsio
1. otium tollendum
2. corpus domandum
3. victum querendum

natura sufficienter providit in hiis que ad sustentationem sue vite pertinent in cibis
in armis et tegumentis, homini in hiis non providit quia ipse est preditus ratione
per quam sibi providet in omnibus huiusmodi. Unde dicit Philosophus eodem loco quod manus sunt organum organorum
manus competentes ad diversa opera quibus competentes ratione diversis ar-
Nota tificiis adequantur ut dicitur xiiij° de animalibus. Sciendum tamen est quod duplex est
preceptum legis nature, quoddam quod ordinatur ad tollendum defectum
Preceptum individui unius singularis persone et hoc ut spirituale sit de actibus virtutum, ut corporale
sit preceptum quod deus dicit homini Genesis ij: De omni ligno quod est in paradyso
Preceptum speciei comedes. Aliud vero est quod ordinatur ad tollendum defectum totius spe-
ciei sicut hoc quod dicitur Genesis j: Crescite et multiplicamini et replete terram. In hoc enim
precipitur actus generationis quo natura salvatur et multiplicatur. Hoc autem interest in-
ter duo genera preceptorum, quia primum preceptum legis nature quilibet tenetur sigil-
latim observare, sed ad secundum preceptum non tenetur quilibet singulariter; in hiis enim que
pertinent ad speciem omnes homines computandi sunt quasi unus homo, participatione
enim speciei plures homines sunt unus homo ut dicit Porphirius. Sicut autem homo unus
habet diversa membra quibus occupatur in diversis officiis ordinatis ad
tollendum proprium defectum, quia non potest omnia per unum membrum exerce-
re, sicut oculus videt totum corpus, et pedes totum corpus portant. Ita oportet
esse in hiis que ad totam speciem pertinent. Non enim sufficeret unus homo ad
exercenda omnia quibus humana societas indiget, et ideo diversis officiis
oportet occupari diversos, ut dicit Apostolus Ro. xij°: Sicut in uno corpore multa membra
1 habemus etc. Hec autem diversificatio hominum in diversis officiis contingit primo ex divina
providentia que ita hominum status distribuit ut nichil umquam deesse inveniatur
2 de necessariis ad vitam; 2° ex causis naturalibus ex quibus contingit quod in diversis hominibus
insunt diverse inclinationes ad diversa officia vel ad diversos modos vi-
vendi. Quia ergo labore manuum aliquis potest subvenire et proprio defectui
et alieno, cum non possit idem homo in omnibus sibi sufficere sed indiget alterius
auxilio, patet quod preceptum de labore manuum quodammodo sub utroque genere
preceptorum predictorum continetur, inquantum enim labore manuum unusquisque
subvenire naturalibus aliorum, sic patet ad secundum genus naturalium preceptorum pertinet,
inquantum autem aliquis per hoc sibi in suis necessitatibus subvenit pertinet ad primum genus
sicut preceptum de comedendo. Preceptum autem quod ordinatur ad tollendum de-
fectum corporalem non obligat nisi defectu existente. Unde si esset aliquis qui
posset vivere sine cibo non obligaretur precepto de comedendo, sic ergo
preceptum de labore manuum non obligat aliquem singulariter, secundum quod or-
dinatur ad tollendum defectum cuiuscumque alicuius, nisi secundum quod ordinatur ad tol-
lendum defectum proprium vel defectu existente. Unde ille qui habet unde licite vivere
possit non tenetur manibus operari. Qui autem non habet unde alias vivat vel aliquo
licito negotio victum acquirat tenetur manibus laborare, et hoc patet per apostolum in iij locis
1 ubi de manuum opere precipit. Dicit primo ad Ephesios 4° ubi prohibendo furtum iniungit
manuum operationem dicens: Qui furabatur iam non furetur, magis autem laboret ma-
2 nibus suis. Et 1 ad Thessalonicenses 4° ubi precipit laborem manuum prohibens
quempiam rerum alienarum

Operari nihil manibus uris sicut precepimus nobis ut honeste ambuletis ad
eos qui foris sunt et nullius aliquid desideretis. Et ibi .1. ad thess. 3o ubi propter 3
operacionem manuum prohibens turpia negocia quibus aliqui uictum querebant
Audiuimus inquit inter uos quosdam ambulare in quiete nichil operantes
sed curiose agentes. glosa. qui feda cura uictui necessaria prouident. et subiungit
hiis autem qui huiusmodi sunt denunciamus et obsecramus in domino ihesu christo Nota
ut cum silencio operantes panem suum manducent. Secundum est quia sicut
nisi est principaliter inter alios sensus uocem cum omnibus aliis sensibus non nisi
forcium ut augustinus dicit. Ita manus quia ad plurima opera uictui est apte
esse dicitur organum organorum in 3o de anima. Et ideo per operationem manualem
intelligitur non solum quod manibus fit sed quocumque cum aliis instrumentis et bonum
quodcumque officium homo agit de quo licite possit uictum acquirere sub are
labore manuum comprehenditur. Non enim intelligendum uolentes quod magistri arcium mechanicarum
possint uiuere de arte sua et magistri liberalium arcium non possint / de arte sua vel.
uiuere de arte sua. Similiter et aduocati possint uiuere de proprio
quod preuenit in causis et similiter est de omnibus aliis licitis occupacionibus
Circa hoc preceptum est sed non omnes obligat ideo ad huiusmodi uocis uidendum est
ad primum ergo et ad 2m patet solo ex dictis quia concedimus laborem manuum 1
Ad primum ergo et ad 2m patet solo ex dictis quia concedimus laborem manuum 2
esse in precepto non tamen ad hoc omnes sunt obligati. Ad 3m dicendum quod sic 3
ex dictis patet apostolus loquitur in casu ubi qui permisso labore manuum de fedis
negociis uictum acquirebant in quo casu obligabantur ad preceptum
negocia uictum acquirebat execucionem. Ad 4m dicendum quod illa dominica uerba magis &
sunt in pena quam preceptum satisfactionis unde permittitur malediccio
terra in opere tuo. Et similiter mulieri dicitur In dolore paries filios tuos. Et ideo
non sequitur quod ad laborandum quilibet teneatur excepcione precepti alias sequeretur quod
quilibet teneretur ad agriculturam de qua dominus ibi facit mencionem
Ad 5m dicendum quod uita spiritualis aliter non potest conseruari nisi per actus uirtutum 7
et ideo quilibet obligatur ad obseruanda precepta que sunt de actibus uirtutum. Sed
uita corporalis a multis potest conseruari sine hoc quod manibus operetur
et ideo quamuis sit generaliter in precepto non tamen quilibet ad obseruacionem
eius tenetur. Ad 6m dicendum quod non manducare non est peccatum mortale nisi quando 6
sine manducacione uita conseruari non potest tunc enim aliquis non manducando
seipsum occideret et similiter non oportet quod aliquis peccet non laborando manibus nisi
quando aliter uitam conseruare non possit nisi illicite uiuens et ideo cum illicite
uiuere sint omnibus modis fugiende sub eadem distinctione posuit
apostolus non manducat et non operari dicit qui non uult operari non man-
ducet. Secundo articulo queritur. Ad primum autem arguitur quod in contrarium obiciunt 1
dicendum quod non prohibet dominus apostolis omnem sollicitudinem sed de hiis que pertinent
ad uictum corporalem alias ipsi loculos non habuissent sed prohibet sollicitudinem
superfluitatis que inest duplex superfluitas uidetur ut in uerbis temporalibus finem ponit
uite operibus et hoc deus prohibet unde augustinus dicit in li. de operibus monachorum

exponentes id Nolite solliciti esse etc. Non ut ista non procuret quibus necesse est
eis uti sed quod honeste potimus sed ut ista non metuendo et propter ista faciat quicquid
in predicatione evangelii facere iubentur. Et hoc in glosa 1 ad Thess. 4o. Ergo suf-
ficienter mens predicta sollicitudo quando non fiducia de deo amittatur et hec dominus
prohibens interdicit. Unde dicit glosa super Mathei 6. Hic Christus non prohibet providentiam
et laborem scilicet de avibus et de liliis sed sollicitudinem ut tota fiducia nostra sit
2 in deo per quem et aves sine cura vivunt. Ad 2m dicendum quod non omnia que sunt
in precepto continentur explicite in preceptis decalogi sed ad ea possunt re-
duci cum implicite in eis contineantur et preceptum de labore manuum
per quem vita corporalis conservatur reducitur ad hoc preceptum Non occidas
sicut et preceptum de manducando. Vel ad hoc preceptum Non furtum facias
quo omne illicitum lucrum quod per laborem manuum evitatur prohibetur.
3 Ad 3m dicendum quod in quolibet precepto duo sunt consideranda scilicet finis precepti
et possibilitas observandi quia omnia precepta cuiuslibet legis sunt ordinata ad
aliquod bonum inducendum vel malum tollendum nec ad impossibile homini
ordinate precipi potest. Unde dicit Ieronimus Qui dicit deum ad precepisse
impossibile anathema sit. Si ergo sit tale preceptum quod nos reddit possibiliter
impossibile ad observandum et sine eo finis intentus haberi non possit obligatio
illius precepti cessat magis sicut est in preceptis de actibus virtutum quia ad virtutum
actus interiores que sunt in hominis potestate et sine eis vita spiritualis con-
servari non potest ut dictum est. Duobus ergo modis preceptum de opere manuum
obligationem amittit. Uno modo quando aliquis redditur impotens ad laborem
propter corporis imbecillitatem. Alio modo quando finis huius precepti scilicet conservatio corporalis
4 vite consequi potest sine labore manuum ut ex dictis patet. Ad 4m dicendum
quod ad laborem manuum per se loquendo equaliter religiosi et seculares tenentur
1 primo ex verbo apostoli 2 ad Thess. 3o ubi ponit de opere manuum pre-
ceptum dicens Subtrahatis vos ab omni fratre ambulante inordinate
et fratres enim omnes christianos vocat. Non enim tunc temporibus aliqui reli-
2 giosi determinati erant. 2o patet ex hoc quod religiosi non tenentur ad alia
quam seculares nisi ad ea ad que se ex voto obligaverunt sed per
accidens contingit quod hoc preceptum magis tangit religiosos quam
alios et hoc dupliciter. Primo quia religiosi in paupertate vivunt. Unde facilius
potest eis accidere quod non habeant unde vivant quam secularibus. 2o ex
statuto regule in aliquibus ordinibus. Unde dicit Ieronimus in epistola ad
rusticum monachum Egiptiorum monasteria hunc tenent morem ut nullum
absque opere et labore suscipiant. Non tam propter victus necessitatem quam propter anime
salutem ne mens vagetur perniciosis cogitationibus. sicut ad vigilias et alia
quedam dominica tenentur quibus religiosi ex statutis suis ad que
5 seculares non tenentur. Ad 5m dicendum quod quamvis usus liberalium artium
sit nobilior non tamen est ita necessarius ad vitam corporalem sustentandam propter sub
opere manuum non comprehendi sicut ex dictis patet etc.

18 Ad 2m sic proceditur. Videtur quod illi qui spiritualibus operibus vacant non excu-
sentur a labore manuum. j. ad thessa. iiij c. super id Si quis non vult Con
operari non manducet dicit glossa Augustini Quidam dicunt de operibus spiritualibus
hoc apostolum precepisse. Et postea subdit superflue conantur et sibi et ceteris
caliginem obducere ut quod caritas utiliter monet non solum facere nolint
sed nec intelligere. Et ita videtur quod per spiritualia opera a labore manuum non ex-
cusentur. Preterea inter omnia opera maxime spiritualia sunt oratio lectio et predicatio.
Sed per ista opera non excusantur aliqui a labore manuali ergo etc. Probo
minorem. Augustinus dicit in libro de operibus monachorum Quid agant qui operari
corporaliter nolunt scire desidero et cui rei vacent orationibus inquiunt et lectionibus
et verbo dei. Et postea subdit Sed si ab his avocandi non sunt nec mandu-
candum est nec esse prandendum. Si autem ad ista vacare servos dei ... in-
valitudinis tempore infirmitatis necessitas cogit cur et non preceptis apostolicis
observandis aliquas partes temporum deputamus. Et quantum ad orantes dicit.
Citius exauditur una obedientis oratio quam decem milia contemptoris.
Quantum vero ad psallentes subdit. Cantica divina cantare et manibus
operantes facile possunt et ipsum laborem tamquam divino celeumate consolari. (celeumate)
Quantum vero ad legentes subdit. Cui autem dicit se lectioni vacare nonne illic
invenit quod precepit apostolus. Que est ista perversitas lectioni nolle obtemperare
dum volunt ei vacare. Quis enim nesciat tanto citius quemque proficere
cum bona legit quanto citius facit quod legit. Quantum vero ad predicantes subiungit.
Si autem alicui sermo erogandus est et ita se occupat ut manibus operari
non valeat. Numquid hoc omnes in monasterio possunt venientibus ad se ut divinas
lectiones exponere ut de aliquibus disputationibus salubriter disputare. sermone
Quando ergo non omnes possunt cur sub hoc obtentu omnes vacare volunt.
quamquam et si omnes possent vicissitudine facere deberent et non solum ut ceteri
a necessariis actibus occuparentur sed quia sufficit ut pluribus audientibus unus loquatur.
Preterea clerici maxime operibus spiritualibus occupantur sed ipsi tenentur ad laborem manuum
ergo etc. Probo minorem dist. 91. dicitur. Clericus victum et vestitum artificio
vel agricultura absque officii sui dumtaxat detrimento preparet.
Item in eodem capitulo. Clericus qui verbo dei eruditus est artificio victum
querat. Item omnes clerici qui ad operandum validi sunt ad artificia
et litteras discant. Preterea religiosi qui omnia relinquunt maxime operibus
spiritualibus vacant sed tales tenentur ad labores manuum ergo etc. Probo
minorem Luc. 12. Vendite que possidetis. Glossa non tantum cibos vestros
communicate pauperibus sed et vendite possessiones vestras ut omnibus vestris
semel pro deo spretis postea labore manuum operemini unde vivatis et elemosinam
faciatis. Preterea decretum di. 22. dicit quod ille est hereticus qui secundum statuta ecclesie vivere
Sed illi qui mendicant non laborantes faciunt contra statuta Kalixti pape xvj
q. i. Videntes summi sacerdotes etc. v° di. Et ita statuit quod inter eos quod
qui ita esse nolunt nec extranei inveniantur. ergo religiosi propter opera spiritua-
lia non excusantur a labore manuum ymo si mendicant sunt heretici.

pi^c qui expoit se piculo mortis peccat q^a temptat d^m. Sicut si
ab uidet in^s^u uementem i furia & deponet arma quib^9 posset se
defendere temptaret d^m. Sz i^c qui relinquit omnia & no laborat manib^9
abicit a se nc^cc uictus quib^9 resisti^t consumpcioni q fit i corp^e p calore
naturale. g^o ^t peccat q^a temptat d^m / ^r^o phil iij^o d^t apl^9 Imitatores
mei estote fres, Sz ipe q^oniue pvet & opib^9 spualib^9 uacabat nl^9
ope manuu uictu quebat. ij ad thes. iij^o. Ipi scitis quemadmodu
uos opteat imitari quia no i quiete fuim^9 apud uos nec gratis
panem manducauim^9 ab aliq^o. sz i laboe & i fatigacoe nocte & die
opantes ne que uru grauarem^9 g^o &c. ^r^o g^en xxix. si^r i^d. Cosumat^9
est ager &c d^t glo. q^a pfectus pctor aiam sua abscond^t sub bone
opaconib^9 & contemplacoib^9 regimine, & ita illi qui opib^9 spualib^9 insistunt
p contemplacoem. dut & opib^9 exterioib^9 uacare p actoem & opa
spualia no excusat a laboe manuu / Sz q^a luc. ix. Sine ut mortui
sepeliat mortuos suos. d^t glo. Dns docet minora boa p maioib^9
ee dimittenda. sz opa spualia s^t maiora boa qm opa manualia
g^o ho d^z h pt^mitte p^ r^o p opa put^9 s^t pociora qm exa^a corpalia
i ad tymo iiij^o. Corpal exercitacio ad modicu utilis est, pietas at
ad omnia ualet. Sz opa in^c & piet^s s^t dimittenda ut uacet^r pdicacioi.
Act. vj. No e equum nos relinque ubu di &c. luc. ix. sine mortuos
sepelire mor. su. tu at ua & nu regnum dei, g^o multo forcius pp^r
pdicacoem & a^a opa spua^a e dimittend^u op^9 manuale & a^a que ad exercitacoem
corpalem ptinent / ^r^o ij ad thym ij^o. Nemo militans deo impli-
cat se negocijs secularib^9 d^t glo. Illa s^t secularia negoc^a quib^9
aimus occupat^r colligende pecunie cura. sz qui opant^r manib^9 h^nt
curam de colligenda pecunia g^o implicant^r negocijs secularib^9
& ita illi qui militant deo i spualib^9 opib^9 dut opib^9 manuu oc-
cupari / Re^o dicendu q^d ut dictu est sicut appet ex hijs q i supiori
qone s^t dicta. Dicendu e sup q^d illi tm obligant^r ad obsuacoem huius
pcepti s. de ope manuu qui no h^nt aliud un liate viue put
& io qui spualia opa exercet & h^nt aliud unde licite viue qm de
laboe manuu no tenent^r manib^9 laborare, unde distinguendu e
de opib^9 spualib^9 / Sunt enim queda boa spualia q i bo^u que
acciunt, queda uo q ad singu^l^e psonam faciunt ptinent, eis autem
qui i spualib^9 opib^9 occupant^r ad utilitates quas ptinent^s sz puidendu
ab hijs quorum utilitati deseruiunt q^d pz p aucte^m j. ad Cor. ix. Si
nos uob spualia seminauim^9 no e magnu si carnalia ura metamus.
h^c & pz p racoem q^a utilitas spual pfert^r corpalib^9 at qui uacat
qm deseruiunt i tpalib^9 debet^r sustentacio ex ipo laboe quo utilitati
qm deseruiunt sicut pz de militib^9 qui p pace rei publice militant.
unde j. Cor. ix. Quis militat suis stipendijs vmqm, unde

Re^o

no de mlt^a bo^a spuali
2

qm

preonerit

multo magis qui in spiritualibus bonis que preonerit in tali ministerio sustentari
possunt etc non tenentur manibus laborare. Sunt autem maiora opera spiritualia quam
humane utilitatis promovere et ex hoc eis stipendia debentur. Primum est occu-
pacio in diversis causis exequendis. Dicit enim Ro xiii de potestate se-
culari que iudicium secularis exercet. Ideo et tributa prestatis. Ministri
enim dei sunt in hoc ipsum servientes nobis scilicet et deo. Et propter hoc
Augustinus dicit in li. de operibus monachorum quod dicit operibus manuum insistere illi
dumtaxat qui ab ecclesiasticis occupacionibus vacant. Unde et se excusat
a labore manuum propter iudicia ecclesiastica quibus occupatur dicit quamquam dicere
possim cuius militat suis stipendiis umquam etc cum dominum nostrum
Ihesum Christum celestem invocato super animam meam quamquam quantum ad meum
attinget commodum multo mallem per singulos dies certis horis
tantum in quantum moderatis monasteriis constitutum est operari manibus et ceteras
horas habere ad orandum aut legendum aut ad de divinis litteris agendum
quam tumultuosas perplexitates alienarum causarum pati de negociis
secularibus vel iudicando dirimendis vel interveniendo precidendis.
Secundum opus spirituale quod in bonis que redundat est opus predicatoris
quo fructus animarum in proximo ponatur. Et ideo ut dicit i ad Cor ix dominus
ordinavit hiis qui evangelium denunciant de evangelio vivere. Non dicit
hoc solum tamen ad illos qui habent auctoritatem predicandi sicut sunt prelati sed et ad
illos qui qualitercumque licite predicant ex commissione prelatorum quia sti-
pendia non debentur potestati sed operi et labori ut dicit ii ad Tym. ii laboran-
tem agricolam oportet primum de fructibus percipere glossa scilicet predicatorem qui in agro
ecclesie ligone verbi dei excolit corda auditorum. Nec tamen illi qui pre-
dicant possunt de evangelio vivere sed et qui eis ministrant ad hoc officium co-
operantes, quod patet Ro xv Si spiritualium eorum participes facti sunt gentiles
debent et in carnalibus ministrare eis glossa eorum scilicet iudeorum qui miserunt predicatores
ab ulinis. Unde et illi qui predicatores mittunt possunt de fructu evangelii
vivere. Tercium opus spirituale quod cedit in bonis que sunt oraciones quibus fiunt
in horis canonicis ad salutem ecclesie ut avertatur ira dei a populo. Eze xiii
Non opposuistis vos murum pro domo Israel ut staretis in prelio
in die domini glossa precibus dimicantes et domino sine resistentes. Et ideo
dicit i ad Cor ix Qui altario deserviunt cum altario participant.
De hiis duobus operibus dicit Augustinus li. de operibus monachorum quod dicit
operibus manuum insistere illi dumtaxat qui ab ecclesiasticis occupacionibus
vacant. Si evangelicus sum fateor habent potestatem vivendi de sumptibus
fidelium quia de hoc locutus. Si ministri altaris dispensatores sacramentorum
sunt. Unde sibi non arrogant sed vendicant potestatem. Quartum opus spirituale
quod redundat in bonis que est elucidacio sacre scripture. Unde qui sic
vacant studio sacre scripture ad alios instruendum possunt de hoc opere
spirituali vivere. i ad Tym v Qui bene presunt presbiteri duplici honore digni
habeantur maxime autem qui laborant in verbo et doctrina glossa ut eis spiritualia
obediant et exteriora ministrent, qui laborant in verbo glossa in exortacione

exhortacione sermonum

sciarum

1 Iudicium

teste invoco

2 predicacio

3 oracio

4 lectio

et doctrina nesciant. Et hoc est plane dicit Ieronimus ad Vigilantium. Hec
inde usque hodie perseverat consuetudo non solum apud nos sed et apud hebreos
ut qui in lege domini meditantur die ac nocte et patrem non habent in terra
nisi solum deum synagogarum totiusque orbis foveantur ministeriis. Ergo patet illi
q 3 illi qui predictis operibus spiritualibus vacant non tenentur manibus laborare. De
illis autem qui vacant spiritualibus que non ducunt in bonum que reducunt
sed in bonum faciunt sicut sunt oves private communia et huius distinctio est
Circa ad illi qui in religione istis operibus occupantur habent in seculo unde vi-
Aut non vant sine labore manuum, alii tales cum ad religionem veniunt
Si sit non tenentur manibus laborare. Unde Augustinus dicit in libro de operibus monachorum
Si habeant aliquid in seculo quo facile sine opificio sustentant vitam
suam quod conversi ad deum indigentibus dispertiti sunt, et credenda est eorum
infirmitas et ferenda. Solent enim tales languidius educati labo-
rare corporaliter sustinere non posse, si autem in seculo opifices fuerunt de labore
manuum victitantes tunc ex duplici causa venientes ad religionem possunt
laborem manuum intermittere. Uno modo ex pigritia operandi nolentes
totum vivendo et electos peccant, et hoc est quod dicit Augustinus in predicto libro. Plerumque veniunt
ad professionem servitutis dei ex professione servili et vita rusticana et ex
opificum exercitatione et plebeio labore, et pigritia subditi. Tales ergo si
quod nunquam operantur de infirmitate corporis excusari non possunt, preterite
quippe vite consuetudine convincuntur, et in tempore. Non enim apparet utrum ex
proposito servitutis dei venerint, an vitam inopem et laboriosam fugientes.
Alio modo intermittunt aliqui opus manuale ex intentione divini amoris
quo ad opus contemplationis quod continue elevantur. Tales cum spiritu dei
agantur non peccant quia ubi spiritus domini ibi libertas. Unde Gregorius dicit super Ezechielem
Contemplativa vita est caritatem dei et proximi toto corde retinere ab ex-
teriori actione quiescere solo desiderio conditoris inherere, ut nil
agere iam libeat. Et hoc idem habetur in glosa quedam xvj 23. Confirmatur que
ager etc. Contemplativa vita a cunctis actionibus funditus discedit.
Et hoc est quod habetur Matthei 6 in glosa super illud Considerate volatilia celi.
Sancti viri avibus comparantur quia celum petunt, et quidam ita remoti sunt
a mundo ut iam in terris nichil agant ut laborent sed sola contemplatione
1 iam in celo degunt. Ad primum ergo dicendum quod glosa illa sumitur ab Augustino libro
de operibus monachorum qui librum istum scripsit contra quosdam monachos
qui dicebant quod non licebat servis dei manibus laborare et hoc est
quod dicit apostolus Qui non vult laborare non manducet exponebant
de opere spirituali. Quam exponit Augustinus in libro primo multipliciter impleat
Unde dicendum est quod dictum apostoli Qui non vult operari non manducet de opere ma-
nuali intelligitur. Notandum scilicet quod ad huius impletionem precepti omnes teneantur,
ipse enim non tenebatur. Unde promisit Non quia non habuerimus potestatem sed
sumptus accipiendi et vivendi sine labore manuum. Unde patet quod glosa illa
2 non est ad propositum. Ad secundum dicendum quod de omnibus operibus que tangit obiectio

·am̃·

distinguendu͂ e q̃z uel pnt ee qi publica opa uel p̃uata loquitur at
Aug9 de illis opibꝫ sp̃ualibꝫ q̃ st opa p̃uata. mit enī de
oracionibꝫ ⁊ canticis p̃uatis. nō de hijs que i eccia solempnit celebra
quod pz ex hoc q d̃t q pnt sunt qui manibꝫ opant diuina cantica
cantare quod nō eēt g̃enbus si de horis canonicis mitēr / Sitr q d̃t
de lectonibꝫ loqr de illis qui uacant lectoi ad cōsolacōnem p̃pria tm̄
sicut i monastijs monachi faciunt. nō at de illis quorum uita studio
scripturarum deputat ad sua ⁊ alior instruccōnem. nō ē enī dubiū
quin p laborē manuū studiū impediret / Sitr q d̃t de p̃dicacōe
intelligendū ē de illis qui nō publice p̃dicant. s; aliqua uba edificatoria
hominibꝫ ad se uenientibꝫ loquunt sicut st pueri i hēmo facere
cōsueuint. Et hoc pz ex ubis sup̃ inductis. ubi ꝯ d̃t. Si sermo erog
gandꝰ ē ⁊c. Unde ut d̃t glo. ·j· ad Cor ·ij·o sup illo. Sermo est qui
p̃uatim fiebat. s; p̃dicacō q fiebat i quis / Ad 3m dicendum q d̃ctum
loqr de illis clericis qui nō suffi͠unt oblacōes ⁊ elemos que eis a fide
libꝫ fiunt. uel eccie facultates / Eadē enī ē rō de illis qui uiuunt
de facultatibꝫ eccie ⁊ de illis qui uiuunt p̃ticularit de elemosinis
q facultates eccie elemosine st ⁊ ad sustentacōnem paupm̄ dantur
Unde d̃t glo. sup illo ysa ·iij·o. Et rapina pauperum i domo ura.
In domibꝫ p̃latorum rapina paupm̄ ē. dum eccie opes sibi the
zaurizant ⁊ i delicijs abutunt. que ad sustētacōnem paupm̄ dantur.
Et de hoc hr̄ ·xij· q ·j· pp̃ quod ⁊c. dis ·iij· q ·ij· ca Sacerdos
Cum sacerdos cui dispensacōis cura cōmissa ē cū laude pietatis ac
cipit a p̃p̃o dispensanda fideliter dispensat accepta q̃z omnia sua
aut relinquēs p̃ntibꝫ aut paupibꝫ distribuit aut eccie rebꝫ adiungit
⁊ se i numero paupm̄ paup̄tatis amore cōstituit ut unde paupibꝫ sub
ministret inde ⁊ ipse tanqm paup uoluntarius uiuat / Et ex hoc pz q
clerici q de eccie rebꝫ uiuunt eandem rōnem utendi eis hnt sic
illi qui facultatibꝫ carentes de elemosinis sibi datis uiuunt / Ad 4m
dicendum q glo illa nō imponit necitatem hijs qui sua relinquunt ut ma
nibꝫ opent. s; oñdit quoddam bonum q facere pnt qui sua relinquunt
ut s. manū labore acquirant unde sibi puideant ⁊ elemosinas alijs
faciant. Nec tn̄ p̃p̃r hoc excludit quin ꝯ bonum faciant si manibꝫ nō
laborantes sp̃ualibꝫ opibꝫ uacent. q st corporalibꝫ pociora / Ad 5m
dicendum q illis ubis augustini fa ē. Nō enī qui fac contra statutū pp̄e ē heretic9
nisi forte credat pp̄e nō ee obediendū. ut i ca. inducto d̃r.
Qui rōne eccie priuilegium ab ipso summo omnium ecclarum capite traditū
auferre conant hij proculdubio i heresim labunt. Priuilegiu at pape
cōsistit i hoc q ei debz ab omnibꝫ xianis obediri / Sitr ꝯ hoc fm est.
Nō enī contra statutū eccie ē q aliqs mendicet. uel se i statu egestatis
ponat. S; hoc ē contra statutū eccie si ab eis qui facultates eccie pos
sident eorum necitatibꝫ nō puidet. ut hnt uba canonis inducti ex quibus

meus et p̃dicacō mea Sermo est eum

3.

x.

s. velut esse christi et dispensatores eorum omnibus qui in tanta degere nobis
ministerio tueri non dicit, prout melius potuerunt ut nemo inter eos degens
6 indigens inveniatur. Ad vii(m) dicendum quod illi qui relinquunt omnia nec sibi reservantes
nec manibus operantes non propter hoc discrimini se exponunt quia devocio
fidelium tanta probabiliter estimatur et experimento demonstratur quod eis in necessariis
providet. Nec etiam temptant deum quia ipse promisit movendo corda
eorum eis in necessitatibus providere ut patet ar(ticul)o vi. Et quedam glossa dicit Luc. x.
Tanta predicatori debet esse fiducia in deo ut presentis vite sumptus et si non
provideat sibi tamen non defutura certissime sciat ne dum occupatur mens
ad temporalia minus predicet eterna. Similiter si aliquis esset inter armatos qui eum
defenderent et aliquis tamen arma deponeret non temptaret deum, sicut
esset solus inde et tempore dei ut forte minori inspiratione, sicut
esset de divino auxilio sicut beatus Martinus dixit: Ego signo crucis
non clipeo protectus hostium cuneos penetrabo securus. Aliud autem esse
deum temptare si aliquis inter infideles vel homines inhospitales de
necessariis victus sibi non provideret. Unde dicit glossa Luc. xxii super illud: Qui habet
sacculum tollat etc. Sed hoc nobis datur exemplum ut nonnumquam tamen instante
quedam de nostri propositi rigore sine culpa intermittere possimus,
ubi g(lossa). Si per hospitales regiones iter agimus plura viatica vel
viatici tamen licet portare quam domi habeamus et tamen in deserto aliqui sine
labore sustentati sunt pane divinitus misso ut in vitas patrum legitur,
^ sed perfecti pauperes non faciunt legem quorum. Ad viii(m) dicendum quod hoc
quod apostolus laboravit cum posset de evangelio vivere fuit supererogationis ut
patet i ad Cor. ix. et ideo alii predicatores non tenentur eum in hoc imitari. Secundum
Nota tamen quod predicatores alii sibi facerent non accipiendo sumptus ab hiis quibus predi-
cant sed de labore manuum vivendo in casibus in quibus apostolus
1 laborabat, scilicet ne scandalizaret eos quibus predicabat qui propter
avaritiam dare sumptus gravabantur. Et habetur eciam postea ii Thes. iii.
Nocte ac die laborantes ne quem vestrum gravaremus. Item ut
2 suo exemplo alii ab ocio retraherentur. Unde ibidem subdit: Non quasi nos
non habuerimus potestatem sed ut nosmetipsos formam daremus vobis ad
3 imitandum nos. Item ad reprimendum rapacitatem pseudo apostolorum.
Unde dicit ii Cor. xi. Quod autem facio et faciam ut amputem occasionem
eorum qui volunt occasionem in quo gloriantur ut tales inveniantur sicut
et nos. Alii autem malefacerent predicatores si laboribus manuum se
implicarent si scilicet per laborem a predicacione retraherentur. Unde glossa Luc. x.
Cavendum est predicatori ne dum occupatur mens eius ad temporalia minus
predicet eterna. Inde dicit Augustinus in sepe dicto libro quod apostolus dum esset Athenis
ubi oportebat eum cotidie predicare non operabatur manibus quod postea fecit
veniens Corinthum ubi iudeis predicabat solo die sabbati. Predica-
toribus enim non solum necessarium est ut habeant tempus liberum ab occupacionibus
in quo predicent sed etiam in quo studeant cum non habeant scienciam ex infusione.

sicut apostolus sed ex continuo studio. Unde dicit Gregorius in pastorali exponens illud
Ezech. 44. Vestes superiores in atriis etc. Vestes inquit superiores
in atriis exuere nimirum necesse est ut qui ad officium praedicationis excubat
a sacrae lectionis studio non recedat. Ad secundum dicendum quod per actionem non 8
intelligitur proprie opus manuale sed omnia quae ad activam vitam pertinent. Sol-
licitudo autem quae exhibetur a praedicatoribus circa eos quibus praedicant ad ac-
tivam vitam pertinet. Rationes in contrarium concedo tamen ultima indiget
interpretatione. Glossa enim dicit saecularia negotia esse quae fiunt causa pecuniae mercatorum
colligendae sine opere manuali ut per industriam et huiusmodi a quibus se dicunt
servi dei penitus abstinere. Sequitur quodlibetum octavum

Quaestio nostra erat circa tria. Primo erat circa ea quae pertinent ad deum. Secundo
erat circa ea quae pertinent ad culpam et gratiam. Tertio erat circa ea quae pertinent
ad poenam et gloriam. Circa primum quaerebantur duo. Primo de pertinentibus
ad deum increatum. Secundo de pertinentibus ad deum incarnatum. Circa deum in-
creatum duo quaerebantur. Primo an senarius numerus quo omnes creaturae
dicuntur esse perfectae sit creator vel creatura. Secundo de rationibus idealibus quae sunt in
mente divina utrum principalius respiciant extrema creationis res sive
singulares vel res universales. sit creator. Remota enim

Ad primum sic proceditur. Videtur quod senarius praedictus creatura omnis perfectio pro
non remanet nisi in creatore. Sed remota omni creatura facta in operibus Con
sex dierum remanet perfectio in numero senario. Unde Augustinus dicit 4 super
Genesim ad litteram. Itaque si omnia ista non essent scilicet opera sex dierum perfectus
ille esset scilicet senarius. Nisi autem ille perfectus esset ista secundum eum perfecta non fierent.
Ergo senarius numerus est creator. Sed dicendum quod Augustinus loquitur de senario quantum
ad ideam senarii quae est in mente divina. Contra sicut remotis omnibus crea-
turis remanet perfectio in idea senarii numeri ita et remanet in idea
lapidis in mente divina. Ergo in hoc non haberet senarius numerus aliquam prae-
eminentiam ad lapidem quod tamen non esse contra intentionem Augustini. Praeterea id
quod est permanentius omni creatura non est creatum sed creator. Senarius
autem est permanentior caelo et terra quae tamen videntur esse permanentissimae
creaturae. Unde Augustinus dicit 4 super Genesim. Faciliusque est caelum et terram transire
quae secundum senarium numerum fabricata sunt quam effici possit ut senarius
non suis partibus compleatur. Ergo senarius non est creatura sed creator.
Sed contra creatoris perfectio non consistit ex partibus nec est in eo aliqua
pars. Sed sicut dicit Augustinus in libro eodem numerum senarium numerum esse
perfectum ea ratione quia suis partibus completur. Ergo senarius non est creator
sed creatura. Respondeo dicendum quod secundum Avicennam in sua metaphysica triplex est alicuius naturae Responsio
consideratio. Una prout consideratur secundum esse quod habet in suis singularibus sicut natura
lapidis in hoc lapide et in illo lapide. Alia vero est consideratio alicuius naturae secundum 1
esse suum intelligibile sicut natura lapidis consideratur prout est in intellectu. Tertia vero consideratio 2
alicuius naturae est absoluta prout abstrahit ab utroque esse secundum quam considerationem 3
consideratur natura lapidis vel cuiuscumque alterius quantum ad ea quae per se competunt
tali naturae

Harum quidem trium consideracionum due sunt uniformiter eundem ordinem servant
prior enim est consideracio alicuius nature absoluta quam consideracio eius secundum esse quod habet in
singularibus sed tercia consideracio nature que est secundum esse quod habet in mente non sunt habet eundem
ordinem ad has consideraciones. Consideracio enim nature secundum esse quod habet in mente
qui accipitur a rebus scilicet utramque aliarum consideracionum. Hec enim ordine
scibile precedit scientiam et sensibile sensum sicut et movens motum et causa causatum.
Sed consideracio nature esse secundum quod habet in mente causante rem precedit alias duas
consideraciones. Cum enim intellectus artificis adinvenit aliquam formam artificialem
ipsa natura seu forma artificialis in se considerata est posterior intellectu artificis
et per quem et artificiata sensibilia que talem formam vel speciem habent. Sicut autem se
habet intellectus artificis ad artificiata ita se habet intellectus divinus ad omnes
creaturas. Unde uniuscuiusque nature create prima consideracio est secundum quod est in intellectu
divino, secunda vero consideracio est ipsius nature absolute, tercia secundum quod est in rebus ipsis vel in
mente angelica. Quarta secundum esse quod habet in intellectu nostro. Et ideo dicimus dicto eorum ca-
dere dum non servet ordinem assignatum quod prius intellectus omnia est ipse artificiator
intellectum et intelligibile ad hoc quod sit cognitio cum comprehensione qualiter
diuina essentia nunquam uidebitur ab intellectu creato. Alio modo dicitur uel per
quamlibet habitudinem etc. finitum potest habere proportionem ad infinitum si sit perfectio
eius. ut aliquam habitudinem habeat ad ipsam et talis proportio sufficit
ad hoc quod intellectus noster uideat diuinam essentiam attingendo non comprehendendo.
Ad secundum dicendum quod obiectio illa procedit de cognitione secundum proportionem non de omni — 2
cognitione. Nam species creatura non est sufficiens sed species intellectus est in materia

Quesitum fuit de deo / Quotlibetum xi[m]
de angelis et de hominibus. De deo non quesitum fuit de in-
mensitate ipsius. de cognitione eius et de predestinatione. Circa
immensitatem non dei quesitum fuit utrum solius dei sit proprium esse
ubique. Et uidebatur quod non. Quia numerus est in rebus naturalibus sed constat quod — Contra
omnes partes uniuersi sunt innate. ergo numerus est in omnibus partibus uniuersi
et ita non sit ubique. Non est ergo solius dei proprium esse ubique. Preterea uniuersale — 9
quod est ubique et semper. sed uniuersale non est hoc quod est deus. ergo non est proprium solius
dei esse ubique et semper. Preterea substantia spiritualis excedit corporalem. sed hoc — 9
quod dicitur esse ubique pertinet ad substantiam corporalem. quia in sole corporalibus
est proprium assignare locum. ergo multo magis esse ubique pertinet ad substantias
spirituales etc. Ita quod non sit solius dei proprium. Preterea ad commendationem — 9
enim regis pertinet quod possit gubernare et in absentia sua regnum
sed deus est commendator omni rege. ergo uidetur quod ei competat sibi ad
suam commendationem quod gubernet totum mundum aliquibus partibus
absentia sua per prouidentiam etc. Ita quod non sit dei proprium esse ubique.
Preterea constat quod quedam dicuntur deo propinqua et quedam remota. et quanto — 9
magis sunt remota tanto magis sunt corruptibilia. Non autem posset
dici aliqua propinqua et aliqua remota deo si deus esset ubique. Preterea dato — 9
quod tota machina mundialis esset unum corpus totum constat quod illud corpus
esset ubique. non ergo est solius dei proprium esse ubique. Contra. Augustinus probat.

Rex est in regno per:
- Potentiam quia subduntur eius potestati ut rex est in toto regno
- Presentiam quia sunt in conspectu eius ut in domo sua
- Essentiam in qua est in parte sua sed est in una determinata parte

Deus est ubique per:
- Potentiam quia omnia potestati eius subduntur
- Presentiam quia omnia nuda et aperta sunt oculis eius
- Essentiam quia omnibus adest ut causa essendi

Deus est [illegible] modo [illegible] [illegible] ad [illegible]
Deus est in celo prout est quemadmodum [illegible] est

proprium esse dei quia est ubique. Sed si esse ubique non esset solius dei proprium ratio
sua non valeret. Cum igitur ratio hec valeat, videtur quod sit solius dei proprium esse ubique.
Respondeo dicendum quod spiritualia dicuntur esse in loco non quidem per contactum
magnitudinis sed virtutis. Cum igitur de spiritualibus loquentes aut de aliquo
vel spirituali virtute oportet nos loqui de loco in quo est, vel virtus eius aut dicitur
est infinita. Quecumque infinitas appetit quantum ad duo, primo quia non
solum excedit creaturas que sunt finite et creati, sed et omnes que possunt
ymaginari esse. Secundo quia virtus dei sine fine est in omnibus operatur et in
singulis, sed proprium modum suum, et ideo esse ubique proprie acceptum so-
li deo competit. Aliis autem rebus competit esse ubique improprie.
Unde distinguitur modus quo deus est ubique et quo alie res quibus
aliquo modo competit esse ubique. Nam huiusmodi dicuntur esse ubique quia sunt
in omnibus in quibus sunt in presencia. Deus autem est non solum in hiis que sunt
sed et in ymaginatis et in preteritis et in futuris. Item alie res non sunt
ubique sicut in loco uno, sed sunt in diversis locis. Sed deus ita est ubique
quod est in quolibet et in toto, quia eius virtus habet efficaciam non solum in eo
quod est grande universo, sed in eo quod est proprium unicuique rei particulari
et ideo est in omnibus sicut in uno loco et sicut in pluribus quod est proprie esse
ubique. Unde cum hoc modo solus deus sit ubique, solius dei proprium est
.1. esse ubique. Ad primum ergo dicendum quod universale non est in rebus tamquam sit
in loco sed sicut actus in subiecto, per unum universale sed sit in omnibus innatum
sicut unica essencia non tamen est in qualibet parte, quia non quelibet per
innatur eodem modo. Item universale non est omnino unum sed multitudo quedam.
Deus autem est in rebus per virtutem suam et in singulis operatur ut dictum est.
2. Ad secundum dicendum quod licet dicatur esse ubique et hoc magis per remocionem quam
per posicionem. Non enim esse dicitur ubique esse et hoc eo quod sit in omni loco et
in omni tempore, sed quia abstrahit ab aliis que determinant sibi locum
et tempus determinatum, et propter hoc non sunt subsistencia. Ad tercium dicendum
3. quod substancia spiritualis excedit corporale excessu dignitatis nature et non in
virtute ad effectum. Ymmo videmus quod multe substancie spirituales habent
determinata corpora in quibus agant, sicut anima racionalis corporis humani
et ideo non est simile. Ad quartum dicendum quod non esse ubique est ex defectu
4. regis terrenam propter circumscripcionem sue substancie. Deus autem cum sit incircum-
scriptibilis est ubique et tamen si non esset ubique nichilominus gubernaret omnia
providencia sua. Unde in rege terreno non esse presens est ad defectum
sed quod gubernat in absencia est ad commendacionem. Deus autem ubique
5. est et omnia gubernat. Ad quintum dicendum quod huiusmodi distancia et propin-
quitas creaturarum ad deum non est per locum sed per similitudinem et dissimilitudinem.
Nam illa que magis assimilantur deo dicuntur esse propinquiora,
que non magis recedunt a similitudine eius dicuntur esse remociora.
6. Ad sextum dicendum quod dato quod tota machina mundialis esset unum corpus
continuum, non tamen propter hoc posset ymaginari quod esset ubique sed in uno
loco tantum, quia totum illud in quo esset acciperetur per unum et non attingeret
quodlibet particulare quod esse ubique complectitur in sua racione. / et omnia sibi
sue causalitati
et directioni

Deus est ubique 3 per:
- Essenciam — penetrando vel existendo. Unde adest sibi vt causa essendi.
- Presenciam — assistendo, cooperando. Unde omnia nuda et aperta sunt oculis eius et subsunt suo conspectui et providencie.
- Potenciam — Conservando, influendo. Unde omnia potestati eius subduntur et [illegible]

Circa cognitionem uero dei quaerebatur utrum deus cognoscat 2m
malum per bonum. Et uidetur quod non quia cognoscere unum per aliud pertinet Con
ad discursum cognitionis; sed in diuina cognitione nullus potest esse discursus;
ergo uidetur quod deus non cognoscat malum per bonum. Praeterea cognoscere unum
per aliud est in cognoscendo discurrere; sed in diuina cognitione non
est discursus; ergo cum cognoscere malum per bonum sit cognoscere unum
per aliud, uidetur quod deus non cognoscat malum per bonum. Praeterea philosophus dicit
in de anima quod intellectus qui semper est in actu non cognoscit priuationem; sed
intellectus diuinus est semper in actu. Praeterea omnia quae cognoscuntur cognos-
cuntur per aliquam similitudinem in ipso cognoscente existentem; sed malum non
habet aliquam similitudinem; ergo deus non cognoscit malum per aliquod
bonum quod in eo existat. Contra est quod augustinus dicit quod malum cognoscitur
secundum quod ab ipso bono discordat. Respondeo dicendum quod propria cognitio uniuscuius-
que rei est secundum quod cognoscitur per propriam rationem. In cognoscibilibus autem
quaedam sunt quae habent rationem propriam absolutam ut homo et lapis, quorum propria
ratio non dependet ex alio; quaedam uero sunt quae habent propriam rationem
non absolutam sed ex alio dependentem sicut est in relatiuis et priuatiuis et
in negatiuis, quorum ratio dependet ex ordine quem habent ad aliud.
Ratio uero caeci non est absoluta sed dependens inquantum habet ordinem ad
uisum cuius est priuatio. Cum ergo deus omnia cognoscat secundum propriam rationem, Absolute
dico quod illa quorum ratio est absoluta cognoscit absolute et non per aliud. Ad dependens
illa uero quorum ratio est dependens et in ordine ad aliud cognoscit secundum
ordinem ad illud ex quo dependent. Cum ergo ratio mali non sit absoluta
sed dependens inquantum scilicet discordat a ratione boni, cognoscit malum
secundum ordinem ad bonum, secundum quod discordat ab ipso bono. Ad primum ergo 1
dicendum quod in illis quae habent rationem absolutam est ad discursum cognitionis
cognoscere unum per aliud; sed non in illis quorum ratio est ad aliud ut
dictum est. Ad secundum dicendum quod cognitio discursiua est cognoscere 2
unum incognitum per aliud cognitum absolute; sed cognoscere unum in-
cognitum per aliud cognitum ad quod ordinatur non est discurrere in
cognoscendo et hoc modo cognoscitur malum. Ad tertium dicendum quod licet malum 3
non sit oppositum diuinae essentiae tamen est oppositum effectui diuinae essentiae. Nam bono
increato non habet oppositum malum sed bonis effectibus qui creantur a
bono increato opponitur malum inquantum discordat ab his effectibus
cognoscitur. Ad quartum dicendum quod illud habet locum in intellectu qui cognoscit 4
res per adaequationem et species suas abstrahit, et iste modus cognoscendi non
est in deo qui cognoscit omnia per essentiam suam. Ad quintum dicendum quod licet 5
malum non habeat aliquam similitudinem in deo, tamen oppositum mali scilicet bonum
creatum habet similitudinem in deo sicut in sua causa, et ita bonum cognoscitur
per se ipsum, malum uero per bonum. Utrum praedestinatio imponat 3m
Circa praedestinationem quaerebatur utrum necessitatem et uidebatur quod Con
sic, constat enim quod praedestinatus omnino saluabitur; sed hoc non esset nisi
necesse esset praedestinatum saluari; uidetur ergo quod praedestinatio necessitatem imponat.

9

Nota

Presciencia

p(ro) hoc incipio dicit apostolus Romanorum ix: non est volentis neque currentis sed dei miserentis. quo vi-
detur quod quicquid homo de salute habet sit ex sola predestinacione divina et ex nullo
alio et sic necessitatem imponere. Et Augustinus dicit: qui creavit te sine te
non iustificabit te sine te. Primo dicitur quod predestinacio certitudinem habet
et tamen necessitatem non imponit. In predestinacione enim tria sunt consideranda
quorum duo presupponit ipsa predestinacio scilicet prescienciam dei et dilacionem
et voluntatem qua vult predestinatum salvari. et tercium est predestinacio que nihil
aliud est quam directio in finem quem vult deus vel dirigere. quodlibet
autem horum trium certitudinem habet et inde necessitatem non imponit. Et quod pre-
sciencia divina certitudinem habeat patet. Deus enim cognoscit res nobiliori
modo quam nos cognoscamus. Nam cognicio nostra est in tempore et ideo intuitus
noster respicit res secundum tempus rerum scilicet presens preteritum et futurum ut sic cog-
noscat preterita ut preterita, presencia ut presencia, futura ut futura.
Et nulla cognicio non divina est sub tempore sed mensuratur eternitate solum
et ideo non cognoscit res prout sunt in tempore sed prout sunt in eternitate scilicet prout
sunt presencia. et hoc tam necessaria quam contingencia. Unde omnia cognoscit tan-
tum presencia in sua presencialitate. Et cum hoc est intuitus eius certitudinaliter cognoscat
ex quo nulla necessitas rebus cognitis inducatur sicut videmus quod ab
existens in loco eminenti videt certitudinaliter homines venientium aliquorum
euncium per vias duorum contrariorum et non videntur nisi quod sunt presencia
cum hominibus istis. ex hoc nulla necessitas imponitur. Nam hoc non est nisi ex hoc
quod in alto existens intuetur omnia in presencia que enim in plano sunt pri-
ma scilicet prima que retro sunt preterita, media scilicet que sunt iuxta se et futura tercia scilicet que
anteriora sunt. Et quod voluntas divina certitudinem habeat et tamen necessitatem non
imponat sic patet. Voluntas enim dei est effectiva et prima causa omnium
quia omnia quecumque voluit deus fecit. Cum igitur primo et efficacia
apparet ex hoc quod non solum movet et causat res sed et dat eis talem modum
essendi unicuique rei determinatum modum contulit quo suos ef-
fectus produceret. Unde quia ipse voluit quedam esse in universo necessaria
et quedam contingencia constituit quasdam causas quibus contulit ut
contingenter careret effectus. Unde voluit istum esse illius effectum non pro-
pter hoc tamen non esse sed ut contingenter vel necessario sic quod voluit petrum
non solum currere sed et contingenter currere. Et sic voluit istum vel illum
hominem salvari sed eo modo ut arbitrium liberum non perderet. Et sic quod
petrus vel martinus salvatur habet duas causas unam scilicet voluntatem divinam
et hoc habet certitudinem, aliam liberum arbitrium et hoc habet contingenciam. Et sic in
aliis rebus quia que sunt contingencia conveniunt eis ex causa proxima
quod vero sunt certa et necessaria proveniunt eis ex prima causa remota. Unde prima
causa rerum scilicet divina voluntas et de contingentibus certitudinem habet. Ex quo quidem
certitudo non imponit ipsis rebus aliquam necessitatem quia non solum vult ea
esse sed tali modo esse scilicet necessario vel contingenter ut dictum est. Et quod predestinacio
certitudinem habeat et necessitatem non imponat sic patet. Motus enim vel directio
vel processus digrediendi in finem quem processus in ipsa predestinacio est sed constitucionem

presencia multitudinis deus cum sua presencia certitudinaliter cognoscit

Voluntas

et quod deus contulit ut necessario careret

1 Voluntas divina

2 Liberum arbitrium

Predestinacio

2 futura contingencia relata ad

	divinam infallibilem scienciam et voluntatem ordinatam	Necessario
	divinam scienciam absolutam etc.	Contingenter
	suas causas immediatas etc.	Contingenter

et ordine causarum a deo constitutarum. Constat autem quod quantum est de ordine causarum ordi-
nate quarum una est necessaria et alia contingens est effectus simpliciter contingens.
In predestinatione autem secundum ordinem causarum ordinatarum quarum una est necessaria et alia
contingens est effectus simpliciter contingens sicut predestinatione autem secundum ordinem causarum
quarum una est necessaria scilicet ipse deus et alia contingens scilicet liberum arbitrium et ideo
oportet effectum predestinationis contingentem esse. Unde quia deus scit et vult istum
finem consequi talem finem predestinatio habet certitudinem quia non deus vult
ut per liberum arbitrium in talem finem dirigatur huiusmodi certitudo predestinationis
nullam necessitatem imponit. Ad primum ergo dicendum quod hec quod homo predestinatus omnino
salvabitur est ex certitudine divine predestinationis non tamen est ibi necessitas
absoluta sed conditionalis quia si est et predestinatus necessario salvabitur. non autem est
necessitas simpliciter. Ad secundum dicendum quod verbum apostoli non est sic intelligendum quod sit
necessarium velle et currere ex parte nostra sed quia primum principium operandi
non est a nobis sed ex misericordia divina infundente gratiam nec tamen oportet quod ex .2.
parte nostra sit aliquod principium. Finit de motu angeli secundum naturam

Circa angelos quesitur utrum motus eius sit in instanti et videtur quod. p[ri]a
Constat enim quod mutatio angeli simplicior est omni mutatione cap
corporali sed inter aliquam mutationem corporalem in instanti sit illuminatio et huiusmodi ergo multo 9
magis motus angeli est in instanti. Preterea nobilissime creature competit
nobilissimus motus. Nobilissimus autem motus est ille qui est in instanti
ergo competit nobilissime creature scilicet angelo. Contra omnis motus habet prius
et posterius sed ubi prius et posterius motum sequitur tempus ergo in omni motu s[ecun]do
est tempus ergo nec motus angeli est in instanti. Responsio dicendum quod omnis mutatio
habet duos terminos quos non contingit simul esse. Unde impossibile est quod
alicuius motus vel mutatio sit in instanti hoc modo quod idem instans ambos
terminos amplectatur. Unde sciendum quod in rebus corporalibus duo termini motus
vel mutationis dupliciter se possunt habere. Uno modo quod sit assignare instans
in quo terminus ad quem primo est et in quo est terminus a quo ultimo est.
Et tunc inter quelibet duo instantia sit tempus medium scilicet quod de uno termino
in alium fiat transitus per tempus et sic mutatio est in tempore et non in in-
stanti. Hoc autem contingit quando inter duos terminos motus est aliquid me-
dium accipere sicut inter album et nigrum et inter esse hic et inter esse ibi.
Sed aliqui termini mutationis sunt inter quos non est accipere medium
ut inter album et non album et inter ignem et non ignem inter tenebro-
sum et luminosum quia affirmatio et negatio se habent immediate et sic forma et
forma in suo determinato et in talibus licet sit accipere instans in quo primo est
terminus ad quem non tamen est accipere instans in quo ultimo est terminus a quo.
Cum enim inter quelibet duo instantia sit tempus medium sequitur quod si in tempore
medio in neutro extremorum esset quod est impossibile cum sint extrema imme-
diata ergo oportet dicere quod tamen in instanti in quo primo est terminus ad quem
sit terminus aliquis temporis quod in toto tempore precedenti duravit terminus a quo
et tunc inter tempus et instans quod est terminus temporis non sit tempus medium
non sit transitus de uno extremo in alium in tempore sed in instanti primo
desinit esse terminus a quo et incipit esse terminus ad quem et huiusmodi mutationes
dicuntur esse instantanee sicut illuminatio generatio et corruptio. Sed quod in mutationibus

sunt tamen motum continuum et in tempore continuo quia tempus in quo est ultio tamen
a quo mensurat aliquem motum sed quia accidit ad terminum ad quem
sicut per alteracionem materia disposicio ad formam et per motum localem corpus
luminosum accidit ad situm in quo illuminat et sic dicitur quod generatio et corrupcio
sunt termini alteracionis et illuminacio motus localis. Sic ergo sunt due
mutaciones continue sed nichil horum potest esse in motu angeli cum motu
angeli attendatur secundum diversos contactus virtualis angeli ad diversa
loca qui quidem contactus non sunt continui. Unde sequitur quod motus angeli
non sit continuus et ita tempus quod ipse mensurat motum angeli non est
continuum cum continuitas temporis sit ex continuitate motus ut dicitur ex
x° phisicorum. Non enim potest dici quod motus angeli mensuretur tempore quo
quod est numerus motus celi quia motus angeli non dependet ex motu
celi et per quod motus angeli mensuretur quodam tempore quod instans
sunt eorum succedencium sine continuacione quia tempus ex hoc quod est numerus non est
continuum sed ex hoc quod est numerus motus continui. Sic ergo in motu angeli
duo extrema motus non sunt in duobus instantibus inter que sit tempus
medium sicut eciam unum extremum motus est in tempore et aliud in instanti quod terminat
tempus sed duo extrema sunt in duobus instantibus inter que non est tempus medium
et ideo dicitur quod motus angeli sit in tempore sed alio quam motus corporis
sit in tempore. Ad primum ergo dicendum quod mutacio angeli sed predicta oportet esse
simpliciorem quam ista mutacio cuius duo sunt extrema in duobus instantibus
inter que cadit tempus medium cum inter duo instancia motus angeli non cadat
tempus medium. Sic et simplicior est quam illa cuius unum extremum est
in toto tempore continuo cum hoc unum extremum sit in instanti indivisibili et tamen
non mensuratur tempore medio sit nisi illi. Et quia est simplicior ideo et sequitur quod
sit nobilior. Unde patet solo ad secundum. Et tunc hoc quesitum est de potentibus

.1. Quoniam quesitum fuit de homine, nunc humane de factis
sive de conservacione humane vite. Circa primum queruntur duo
primo de anima, 2° de corpore. De anima quesitum est utrum sunt eadem substancia
anima sensitiva et intellectiva. Et ostendebatur quod non. Nam anima sensitiva educitur
ex potencia materie intellectiva non per creacionem, non ergo eadem est substancia. Item cum
substancia que sit una et eadem est eodem tempore mota et quieta sed sensus et racio eodem tempore
moventur ad opposita sicut dicit apostolus Ro. vii. Video aliam legem in membris
meis repugnantem et ergo sensitiva et racionalis non sunt unius substancie. Preterea corruptibile et
incorruptibile non sunt eiusdem generis ergo nec idem numero sed anima sensitiva est
corruptibilis intellectiva vero incorruptibilis ergo sensitiva et intellectiva non sunt eedem
numero et non eadem substancia. Preterea anima sensitiva est communis nobis et brutis
sed in brutis educitur de potencia materie ergo et in nobis non est eadem cum intellectiva
que est per creacionem. Sed contra unius perfectibilis una est perfeccio sed corpus humanum
est unum perfectibile ergo anima que est perfeccio est una. Responsio dicendum quod circa ordinem
formarum est duplex opinio una est Avicebron et quorumdam eum
sequencium qui dicunt quod secundum ordinem generum et specierum sunt diverse forme
substanciales ut inveniatur advenientes sicut est substancia corpus animatum corpus
et cetera. Dicunt ergo quod quedam forma substancialis est per quam est substancia tantum et
postea est quedam alia per quam est corpus deinde et alia per quam est animatum et

q

Sed

9

9

9

R

alia p qua e al ⁊ aa p qua e ho ⁊c dnt de alijs formis spalib
vnu Sz h poito stare no pt q2 gu for sbalis sit que fat hc
ad ⁊ dat ee sbale vel tuc sola pma for eet sbalis cu ipa sola
daret ee sbale ei ⁊ faceret hc ad / omes at alie p9 pma adue
nietes eent accitales / nc darent ee ei simplr sz ee tale
⁊c i amissioe ul acquisitioe ipa2 no eet gnio ⁊ corruptio
sz tm alteratio vnu pz hc no ee vey / sile ⁊ eet i potencijs aie
Nam sola pma s. vegetal eet for sbalis ⁊ faceret hc ad
alie no accidetalr eent aduenietes qd oio e fm / Et io
dcdu q hui9 forme dnt sz pfcm ⁊ impfcm · Est eni
alia for que no dat n ee corp9 tm · alia e magis pfca
que ⁊ dat ee ⁊ viue quocuq mo pmcedi / alia que ecia his
dat ⁊ sentire Vnu pz q illa ultima e pfcior pmis ⁊ ht se ad pma
sic pfcissima ad impfcioes / ⁊ io q q cotinet i ipis cor
e iuncte i ultima / Vnu dcdu e q vna ⁊ eade ee e aie sensitiue
⁊ intellectiue sz intellectiua se ht ad sensitiua sicut pfcm ad impfcm
Cu at aia sensitiua ⁊ intellectiua sunt eade ee sig e q n mirens
nie radicaretur i vna ee inuenitur vna impediretur ab aia
lr ⁊ virtus vnius redundaret i alia / Et cu intellect9 no heat
determinatu organu i corpore quo mediante exerceret opones suas
no mir ad quid pnuetr corpori nisi eet eade ee cu aia aia
sensitiua / Sic ergo pz q vna ee e anime sensitiue ⁊ intellectiue sz
dnt sz pfcm ⁊ impfcm ut dcm est // Ad pmu ergo dcdu q 1
aia sensitiua educit de po me i brutis i nob no no sz p
creatoe cu eius ee sit ee rronal que e p creatoe / Ad 2
2m dcdu q no e incoueniens ad id · opus sz diuersas vires
ut potes mouend ad obiectu sensus mouent ad ea q sic e ipa
⁊ ro ad ea ad que ordina / Ad 3m dcdu q lz incorptibile 3
no sit id cu corptibili tn ineiu ad incorruptibile quod ht
aliqua pprietate quam corptibilitate e i aia rronali Na ipa
sba aie est incorptibl uli tu ht ad i se sensitiuu q e que
eet corporis / Ad 4m dcdu q lz sensitiua sit gnis nob ⁊ brutis
qm ad rone gnis tn qm ad rone spei aia e i hoie sensitiua
⁊ alia i brutis / ⁊ sic aia i asino ⁊ aia i equo ⁊ i boue q
sz q dnt alia spe ita eez dnt ceis sensitiua / ⁊ io no se
q si i brutis educatur de po me q ⁊ i homine q i hoie
e alteri9 spei ⁊ e p creatoe / Vtrum resurgat idem numero et 6u
De corpe at quesitu e utru / unde ergo q / Et a sz Nota
phm i topicis ide dr idem no q e idem pro · acci · et
diffinioe / sz corpo i viue no hebit eade ppa q2 nec e risibile
tuc no / Nec eade acca q2 tunc alia erit cp9 nig ⁊ hui9
q tuc no erunt / Nec eade ⁊ diffinioe / q2 nec diffinitur p mortale
tuc no no p mortale erit / ergo uir q no resurgat idem numero
sz p deptitas nie sal idem nuo · sz materia corporis resurget 9

⁊ ido hat
sens aie
sit eadm
pfec ⁊
impfec ...
Ps sz du
sas ptes
⁊ tres mo
uetr ad
oppta

nō erit eadē cū corpus qd nūc ē cū multe forme recedant in ea· ergo corpus
·q· nō resurget idē numero· ꝑ phūs dicit i li· de anima· qꝫ nō ē eadē sta-
tua numero que destruitur· et de eodē ere refficitur· ergo pari rōne
·q· quod mo corrumpi· nō erit idē numero cū eo qd resurget ꝑ constat
qꝫ hō humanitate ē homo et vna humanitate ē vnus homo· sꝫ in corpore qd
nūc ē et quod resurget erunt due humanitates quia ꝑ mortem destruitur
forma totius· ergo erunt duo homines et ita qꝫ corpus nō resurget
R° eadē numero· Contra Job xix· Quē visurus sum ego ipse et nō alius
Respondeo dicendum qꝫ ad hoc qꝫ aliquid sit idē numero requiritur ydemptitas
principiorum essencialium· vnde si ordo principiorum essencialium et in ipso in
diuiduo variet· nō ē numero et ydemptitate variari· id autem ē
essenciale cuiuslibet indiuidui qꝫ ē de rōne ipsius sicut cuiuslibet rei sunt
essencialia materia et forma· vnde si accidentia varientur et manentibus remanen-
tibus principiis essencialibus indiuidui ipsum indiuiduum remanet idem
Cum ergo principia essencialia hominis sint anima et corpus et remaneat
quia resurget eadē anima et idē corpus dicendum qꝫ corpus hominis resurget
1 idē numero· Ad primum ergo dicendum qꝫ obiectio illa procedit ex falso intellectu libri
Nō enim dicitur idē homo id quod habet idē actibus numero et pocia eciam idem
principium sꝫ quod ē idē numero quod ē idē cū actu et idē cū ipso cū
ymmo ē idē cū actu ipso et diffinicione et nō illa que habent idē actum
idē principium et vnam diffinicionem vnde patet qꝫ obiectio fuit intellectus
textus· Dato autem qꝫ sit in intellectu procedit obiectio de accidentibus
indiuidualibus sicut de dimensionibus et hec erunt in corporibus gloriosis
Item erit idē principium sicut visus Job viij· implebit os tuum risu
et labia tua iubilo· De diffinicione vero dicendum ē qꝫ licet resur-
gat immortale tamen nec mortalitas nō tollitur ab eo quia natura huma-
na erit ibi que ex se habet qꝫ sit mortalis· Ad secundum dicendum qꝫ licet eadē
2 materia faciat idē numero nō tamen materia nuda nec que fuit prius in numero
sꝫ vna materia sꝫ que ē sub dimensionibus terminatis ipsum facit idē
numero recedentes in materia corporis resurgentis· cū resurget corpus
sub eisdē dimensionibus et cū eisdē principiis essencialibus· Ad tercium dicendum
3 quod philosophus dicit quantum ad speciem cum multis si statua reficiatur ex eodē
ere qꝫ sit idē numero· Nichilominus tamen dicendum qꝫ omnia artificialia ponuntur
dupliciter in genere et in specie quia vel per numerum suam vel per formam suam
Naturalia autem ponuntur in genere vel specie tamen per formam· forme autem arti-
ficiales sunt vel accidentes ideo est qꝫ collocentur in genere vel in specie
per numerum sic refficitur eadem statua· Si vero considerentur prout ponuntur in
genere vel specie per formam sic dico qꝫ nō refficitur eadem sꝫ alia quia
alia ē forma huius et alia illius in corpore autem nō ē sic quia in corpore erit
eadē forma· Ad quartum dicendum qꝫ nō sunt due humanitates in corpore qd
4 corrumpitur et quod resurget sꝫ vna quia principia essencialia nō mutantur

Quia de sacramentis nō gerere quesita sunt tria· primo· sed sunt eadem
de sacramento confirmacionis· 2° de sacramento eucharistie· 3° de
sacramento matrimonij.

Circa primum queritur utrum solus episcopus debeat conferre sacramentum confirmationis. a
Videtur quod quilibet sacerdos possit conferre. Constat enim quod in confirmatione Con
confertur gratia spiritualis, sed huiusmodi gratie collatio sic est ordinata ut non
possit impediri. Constat autem quod per absentiam episcoporum multotiens impeditur.
quia non sunt ubique presentes. Ergo debet confirmari per ministrum sacerdotum
qui sunt ubique presentes. Preterea sacramenta sunt multiplicata propter utilitatem. Ergo debent 9
eodem modo conferri quo conferunt utilitatem omnibus. Sed hoc non fieret si solus
episcopus conferret hoc sacramentum in quo datur robur spiritus sancti. Quia non
omnes habent oportunitatem episcopi. Ergo debet fieri per sacerdotes per quos possunt 9
omnes consequi hanc utilitatem. Preterea constat quod sacramentum baptismi est
maius quam sacramentum confirmationis. Sed baptismum potest conferri per quoslibet
sacerdotes. Ergo multo magis confirmatio. In contrarium est communis consuetudo. Sed contra
Respondeo dicendum quod proprius minister sacramenti confirmationis est episcopus. Et hoc probatur
ratione et auctoritate. Ratione quidem quia confirmatio ad hoc fit ut homo in Ratio
quadam perfectione constituatur. Cum detur ad robur spiritus sancti ut homo ex
hoc fiat fortis et robustus ad confitendum et pronunciandum fidem coram
regibus et principibus. Unde et propter hoc fit in fronte ut non pertimescat
nec confundatur pronunciare fidem coram omnibus et defendere. Dicit autem
Dionysius quod tres sunt actus hierarchici scilicet purgare, illuminare et perficere.
Purgare est proprium diaconorum, illuminare presbyterorum. Et hoc consistit purgare · illuminare · perficere ·
maxime in ecclesia. Perficere vero est episcoporum. Et ideo omnia sacramenta que ad
perfectionem conferuntur pertinent ad collationem episcopi, que sunt collatio
ordinum, consecratio ecclesiarum et maiorum et confirmationis. Unde aliquis non
ordinatus conferre confirmationis sacramentum nisi episcopus. Hoc autem patet auctoritate. Scriptum est Auctoritate
potest conferre confirmationis sacramentum nisi episcopus. Hoc autem patet auctoritate scripture.
Confirmatio enim succedit in locum impositionis manuum. Hec autem non poterat
fieri nisi per solos apostolos. Unde et per Philippum qui predicabat verbum
domini in Samaria non imponebat manus. Sed apostoli qui erant Ierosolimis
audito quod Samaria recepit verbum dei miserunt ad eos Petrum
et Iohannem et postea sunt tunc imponebant manus super illos etc. Unde
cum episcopi succedant in locum apostolorum ipsis debetur collatio sacramenti
confirmationis. Invenitur tamen quod aliquando quia in quadam perfectione hominem
constituunt ex dispensatione committitur simplicibus sacerdotibus Vide de h[oc] c[apitulo] peruenit et eius glo[ssam] 97 di[stinctio]
sicut collatio minorum ordinum et huiusmodi quia est de confirmatione sic posset
cum dispensatione summi pontificis. Sed tamen non debet conferre sacramentum nisi solus episcopus.
Ad primum ergo dicendum quod non omnia sacramenta in quibus confertur gratia spiritualis 1 et in sequenti de consecratione
potest conferre sacerdos. Unde licet in sacramento confirmationis conferatur gratia spiritualis post al[iam] et eius glo[ssam]
non tamen competit sacerdoti quia eodem modo in sacramento ordinis confertur
gratia spiritualis que reservatur solis episcopis propter perfectionem in qua consistit. Ergo
eodem modo confirmatio. Nec obstat de impedimento quia possunt venire 2 et maior e[st] auctoritate
ad civitates in quibus sunt episcopi presentes. Et per hoc patet solutio ad secundum.
Ad tertium dicendum quod sacramentum baptismi est maioris necessitatis non perfectionis. Et ideo 3 de conse[cratione] et ipsius
propter eius necessitatem non solum sacerdotes sed et quilibet laici possunt baptizare. Vel in glo[ssa]
articulo necessitatis ubi non habetur copia sacerdotum. Sed tamen nullus sacerdos confert sacramentum et in dictis
confirmationis quia non est adeo necessarium et constituit in quadam perfectione ut dictum est. quod ex dis-

pensatione
potest prelatus simplicibus
sacerdotibus committere confirmationem
sed ex dispensatione
episcoporum non possunt nisi
episcopi. hoc tamen
Auctor de consecratione.

maioribus reservatur solis episcopis / sunt duo primo de illis qui excludun-
8m
Circa secundum erga quesita / a conservatione per fornicationem 2°
de illis qui excluduntur a participatione sacramentorum per excommunicationem
Circa primum questitum est utrum aliquis possit audire missam sacerdotis
fornicarii quin peccet mortaliter. Videtur quod possit audire sine peccato
mortali. Contra eum papa precipit sub anathemate quod nullus audiat missam a sacer-
dote fornicario, sed facere contra hoc mandatum est peccatum mortale ergo etc. Questio est
que in multis locis per mundum sustinetur. Respondeo dicendum quod ut hoc est considerandum
quod aliquid est ad minus naturale est per se malum et aliquid est malum quia ad minus
positivum. quicumque enim sacerdos in peccato mortali existens celebrans peccat
mortaliter. unde si constaret michi eum esse in peccato mortali et inducerem eum ad
celebrandum peccarem mortaliter et hoc secundum ius naturale quia hoc quod est provocare eum
ad peccatum mortale est peccatum mortale. Ius autem positivum addidit plus quod
non solum si inducam eum ad celebrandum sed etiam si audiam eius missam pecco
mortaliter. quod quidem constitutum est in penam sacerdotis fornicarii. Attenden-
dum tamen est quod hoc non intelligitur de quolibet sacerdote fornicario sed de presbiteris for-
nicariis / qui quippe dicuntur publici quando iudicio et sententia ecclesie notantur
publici. Unde quicumque a tali fornicario publico audit missam peccat
mortaliter. Ad id quod obicitur dicendum quod si sustinetur a prelatis propter hoc
non excusantur quia hoc est propter negligentiam vel propter insipientiam et defectum ipsorum
prelatorum qui non sunt ausi corrigere aliquos cum in se multa corri-
genda cognoscant vel et alii propter timorem unde non excusantur propter hoc /
Circa 2m questitum fuit utrum aliquis loquendo communicando sive
stando cum excommunicatis peccet mortaliter. Videtur quod sic. Contra multi magistri
decretorum et magni doctores. Preterea facere contra preceptum ecclesie est peccatum mortale
sed ecclesia mandat quod nullus loquatur vel communicet cum excommunicatis ergo quilibet
sic faciens peccat mortaliter. Preterea quedam decretalis dicit ubi consulebatur summus
pontifex utrum posset participari excommunicatis quod et hoc pro vitando
dispendio mortis non debet facere et huius assignat causam dicens quia est peccatum
mortale ergo videtur quod quicumque in aliquo cum eis participat peccat mor-
taliter. Contra quod nos videmus multos perfectos modo hoc facientes qui
non hoc facerent si esset peccatum mortale. Respondeo dicendum quod aliquis per excommunicationem
separatur a communione bonorum ... contingit separari a communione fidelium
Dico ergo quod aliquis potest communicare seu participare cum excommunicato directe
et indirecte. Directe quidem in hiis que sunt fidei etc. et qui hoc modo commu-
nicat peccat mortaliter et hoc contingit tripliciter. Primo si communicet sibi in
divinis sicut si querem tecum eo ut cum eo ut audiam missam cum eo
et in aliis sponsalibus. Item si ex contemptu et hoc in quocumque casu communicat
quis cum eo quod contemnendo mandatum ecclesie peccat mortaliter
Item quicumque participat secum in crimine et in causa. Indirecte non communicat
hiis que sunt ... sicut in cibo et potu et in hiis que sunt similia huiusmodi communicationis
et sic hoc non peccat mortaliter sed venialiter nisi faciat ex contemptu ut dictum est
Ad primum dicendum quod opinio decretistarum non est vera quia ipsi plus asserunt
hiis que contrariantur ... cum plus sit asserendum ...

qui huiusmodi

R°
Ius naturale
Ius positivum
Vide de hoc c. vestra et c. ult. de cohabitatione clericorum et mulierum
1
9
Cas(us)
R°
Directe
Indirecte
In divinis 1
In gestu 2
In crimine 3
1

Et ideo melior est opinio aliorum qui dicunt contrarium. Ad 2m dicendum quod quia actus
cum excommunicato dicitur esse preceptum esset et est peccatum mortale sed in divino
non est quia sed preceptum esset hoc non est peccatum mortale sed veniale. Ad 2
3m est quod quedam sunt per se mala et hec non possunt fieri sine peccato quedam
non sunt ex se mala et ista possunt fieri tamen sine peccato mortali sicut est
loqui vel comedere cum excommunicato. Ad 3m dicendum quod non solum quis 3
debet subire mortem antequam perpetraret mortale sed et antequam perpetret
veniale quia peccatum nunquam peccatum nunquam est eligibile sicut enim esset eligibile
nunquam esset peccatum et non peccaret si faceret et ideo per hoc non concluditur
quod ideo non sit principandum eis quia est peccatum mortale et qui facit hoc mortaliter
peccat sed quia et si esset veniale non esset principandum eis et tamen non peccaret
mortaliter principando. Ad 4m dicendum quod decretum illud intelligitur de illis qui indi-
vidualiter (?) excommunicati sunt vel quandoque excommunicatis. / Sunt duo primo de maleficiis 1o
Circa sextum membrum queruntur / 2o de frigidis. Circa primum queritur Cap
utrum maleficia impediat matrimonium. Videtur quod non. Opus dei est
fortius quam diaboli; sed matrimonium est opus dei, maleficium vero opus diaboli; ergo
matrimonium est fortius maleficio; non ergo impeditur per ipsum. Contra maior
est potestas demonis quam potestas hominis; sed homo potest matrimonium impedire R/
ergo et demon. Respondeo dicendum quod matrimonium est quoddam pactum. Nam per
matrimonium uterque dat potestatem corporis sui alteri ad carnalem copulam.
Constat autem quod ad impossibile nullus obligatur. Et ideo si aliquis non se possit obligare
ad implendum et ideo qui se obligat se per matrimonium ad carnalem copulam No
si hoc sit ei impossibile matrimonium nullum est. Sed advertendum est quod impossibilitas car-
nalis copule ex aliquo impedimento proveniens sunt duplex consideranda.
Quia vel impedimentum superveniens matrimonio iam consummato vel precedens No
Si est superveniens tunc matrimonium iam consummatum nunquam solvit. Item Superveniens
circa hoc sciendum quod impedimenta huiusmodi vel sunt perpetua vel ad tempus; si sint Precedens
perpetua tunc matrimonium simpliciter impediunt; si non sunt temporalia seu temporanea No
tunc matrimonium non impediunt simpliciter, sed ad tempus tamen quod impediunt
utrumque si precedat. De maleficiis autem sciendum est quod quidam dixerunt perpetuum
quod maleficium nihil erat et hoc proveniebat ex infidelitate quia nolebant temporale
quod demones essent nisi in imaginatione hominum vulgi; sed homines
imaginabantur eos et ex ista imaginatione territi ledebantur.
Fides vero katholica vult quod demones sunt aliquid et possunt nocere suis
operibus et impedire carnalem copulam; et ideo huiusmodi impedimenta si precedant
et sunt perpetua ut dictum est simpliciter impediunt matrimonium. Ad primum ergo dicendum 1
quod diabolus est opus dei et non fortius matrimonio; et inter opera dei unum est
fortius alio; et unum impeditur per aliud magis forte. Unde cum
diabolus sit fortior quam matrimonium nihil prohibet per ipsum matrimonium impediri.
Circa 2m quesitum est utrum frigiditas impediat matrimonium. 2m
Videtur quod non, quia senes sunt frigidi et contrahunt matrimonium. In contrarium est Con
quod nullus obligat se ad impossibile; sed impossibile est frigidis carnaliter
copulari; ergo si ad hoc obligat se pactum huiusmodi nullum est. Respondeo dicendum Ro
quod frigiditas eadem ratione impedit matrimonium sicut maleficium cum sit

cadē impotentes intitz(?) n(on) tn̄ dicunt frigidus et maleficiatus / frigidus
enim ē impotens simpliciter quantum ad omnes / maleficiatus uo quidem est
impotens non tn̄ quo ad omnes sed quo ad unam tm̄ / Nam maleficium
consistit in ymaginatione viri vel uxoris ut vir in aliquam sic ex opere
demonis sit illi abhominatio alicuius mulieris quam propter horrorem
refugit et respuit / et ideo aliud impedit frigiditas et aliud maleficium
Nam frigiditas impedit aliquem ita quod optinat quod remaneat
absque omni spe coniungendi ab una impedia(tur). Unde si aliqui ab
effectu potens ventes sive sit minorum / Unde frigiditas solum
coitum et impedit coniungendi / Maleficiatus uo impedit quantum
ad istam tantum / Unde dat ei licentiam nubendi alteri et mulieri similiter.
Unde solum coitum sed non dimit coniungendi ut ita patet / Ad primum
ergo dicendum quod senes sunt frigidi et non quidem ad actum generationis sed ad
generationem prolis et ideo tamen possunt carnaliter copulari non solum minorum
frigiditas non que quo carnale copulam impedit solum minorum

Circa consultationem vero premaxime note est: quedam pertinent ad comparationem
ad proximum / quedam pertinent comparationem ad res que in usu hominum
veniunt / pro comparatione vero ad proximum quesitum est de correptione
fraterna. Circa hoc duo queruntur / primo utrum debeat ab in publico
vel in privato corripere fratrem suum vel proximum / Videtur quod occulte secundum
illud Mathei. Si peccaverit in te frater tuus vade et corripe eum inter te
et ipsum solum / Videtur ergo quod occulte sit corrigendus frater delinquens.
Contra Thimotheus dicit peccantem coram omnibus argue / pro aliquo constitutos
hoc habent ut in publico corrigantur / Respondeo dicendum quod huius correptio
ex caritate debet procedere et inducere quod dicitur fraterna dilectio / et ideo oportet or-
dine fraterne correctionis servire secundum ordinem caritatis / Ordo autem
caritatis est ut quis bonum proximi preferat quam bonum / sicut ut velit bonum
proximi et conscientie et fame et hoc et velit magis bonum conscientie quam
utrumque habere non potest / et ideo hoc considerantes credo quod si esset aliquod
peccatum carnale seu spirituale quod vergeret in detrimentum multi-
tudinis et revelandum / cum preponderet bonum quod in ordine caritatis
preponit dampnum tamen bono proximi sive sit fame sive conscientie / quam non
non timetur multitudinis. Detrimentum tamen debet quis utrumque custodire
scilicet bonum fame et conscientie corrigendo inter se et ipsum / si autem ex hoc
correptio non sequatur tunc secundum ordinem evangelii debet secundum adhibere
alium vel duos et tercio ecclesie / Ubi tamen in hoc suadetur quod ordo ut si peccatum
sit publicum publice corrigatur. si non occultum occulte et ideo dicitur.
Si peccaverit in te frater tuus id est te sciente solum etc. quantum ad occultum
quantum vero ad publicum dicitur peccantem in publico coram omnibus argue
Et hoc patet solo ad primum utriusque partis / Ad argumentum vero dicendum quod id de consti-
tutionibus ordinatum est et suadetur debet in hiis que vergunt in periculum
et detrimentum societatis et collegii //.

.i. (margin)
R. (margin)
Con (margin)
Solutio (margin)
Publicu (margin)
Occultu (margin)

R. Non sis correptor nisi tu sis primus rector.
Non sperns / non testis / plebs / preses / non mechus sis.

Secundo queritur. Utrum si aliquis sciat peccatum proximi peccet mortaliter revelan- R
do id statim prelato suo. Videtur quod sic quia facere contra ordinem evangelii Contra
est peccatum mortale, sed statim revelare prelato est contra ordinem evangelii ergo
peccat mortaliter. Contra est quia hoc faciunt multi viri perfecti, qui non hoc
facerent si esset peccatum mortale, ipsi prelati possunt non solum de preteritis sed
et de futuris propter cautelam et ideo si eis revelare non videtur esse peccatum R
mortale. Respondeo dicendum quod verbum domini quod dicitur Matthei xviii de correctione
fraterna est intelligendum sicut alia verba que dicuntur pertinere ad suados actus
sic quod servari debet secundum quod dependet a caritate. Et ideo dico quod preceptum
debitis circumstanciis intelligendum est. Sciendum est autem quod in criminibus triplex
procedi potest. Unus modus per inquisitionem et hoc est in peccatis publicis et non debet .1 Inquisicio
fieri nisi precedat clamor congregationis. Alius per denunciationem
et per accusationem et hoc est in privatis. Si autem procedatur per accusationem tunc .2 Accusacio
debet fieri proposito quia obligatur accusans ad talionem et hoc intendit
ut finis bonum rei publice vel huiusmodi potest fieri sive notorie sive publice sive 3 Denunciacio
privati, si autem procedatur per denunciationem tunc debet precedere fraterna amonitio
quia huius finis est emendatio proximi et ideo debet servari ordo fraterne
correctionis. Utrum autem statim cum quis scit fratrem suum peccasse debeat
denunciare prelato. Dico quod in hiis distinguendum est de condicionibus
subditi et prelati. Nam si sciat quod sit per me corrigatur tunc non
debeo sed denunciare prelato, si autem videtur quod hoc melius fiat per prelatum
et prelatus ubi sit persona discretus et spiritualis non habens rancorem sive
odium adversus ipsum subditum tunc licite potest hoc denunciare licet et tunc
non debet esse et quia non debet ei sicut prelato sed sicut persone perfici ad cor-
rectionem proximi et emendationem. Sed quia propter condiciones diversas prelatorum
et subditorum non potest in hoc dari generale iudicium quia aliqui prelati vel mo-
ad odium adversus subditum vel subditus non bene sciret verba prela-
ti ideo tenendum est hoc pro vero quod in omnibus istis suadet caritas et quod
melius et magis expedire videtur et si homo intendat emendacionem proxi-
mi et quamvis possit bonum caritatis tunc denunciando non peccat. Si non
denunciet cuicumque persone hoc ex malicia et ut proximus confundatur
vel deformetur tunc denuncians sive accusans peccat mortaliter.
Ad primum ergo dicendum quod si statim aliquis revelat prelato adhibitis debitis .1.
circumstanciis et consideratis quod videtur magis expedire non facit contra
preceptum evangelii, quia non debet hoc esse sed persone perficientis ut dictum est .2.
et ideo non peccat mortaliter. Ad secundum dicendum quod persona interea peccaret mor-
si denunciando prelato vel alicui persone intenderet ad quod est contra
intencionem precepti. Ad tertium dicendum quod si aliquis revelet prelato culpam .3.
proximi intendens vel cautelam in futurum vel ad hoc quod ad emendationem
proximi videtur expedire non peccat. Si autem dixerit hoc sive prelato
sive alicui amico suo ex malicia tunc peccat mortaliter, quod si ex
cautela alicui dixerit hoc ita tamen quod non veniat inde ad vel
infamiam vel vituperium proximi delinquentis tunc non peccat mortaliter.

caritate non agat

Quesitum est de rebus que sunt supra hominem et de rebus hominis.
Circa primum quesitum est de deo, de angelis, de celo. Circa primum
1m quesitum est de deo quantum ad suum esse, quantum ad sua potentiam,
quantum ad eius predestinationem. Circa primum quesitum est utrum in deo sit
Con. tantum unum esse essentiale ut preter id sit in deo esse personale et videtur quod sic
q. quia aliud est patrem esse ad filium et aliud spiritum sanctum esse, sed esse essentiale
non est aliud et aliud ergo etc. Contra esse proprium forme est quod dat esse sed in divinis sunt
tres proprietates personales que obtinent rationem forme ergo etc. Contra
Re. Augustinum. In divinis tantum est unum esse. Responsio dicendum quod ut ratio fidei habet
quod in divinis solum est distinctio que est secundum relationes oppositas. Relatio
autem sicut et quelibet forma habet esse ex comparatione ad aliud cui inest
unde esse filiationis est ex comparatione ad subiectum cui inest. Relatio autem
in divinis non distinguitur ab hoc cui inest quia est ipsa res quam refertur
sed distinguitur solum ex parte eius cui opponitur et ex hac parte non con-
siderat esse relationis sed distinctio et oppositio eius et ideo est in deo unum tantum
1 esse scilicet essentiale. Ad primum ergo dicendum quod esse dicitur dupliciter quandoque enim esse idem
est quod actus entis quandoque autem significat compositionem enuntiationis et sic significat
actum intellectus quo intellectus intelligit. Cum ergo dicitur quod aliud est esse patris et
2 aliud filii verum est esse accipiendo secundo modo non primo. Ad secundum dicendum quod
sicut et quelibet forma proprietatis absolute facit esse sed paternitas que est
divinum esse facit tantum unum esse inquantum paternitas facit esse.
2m Deinde quesitum est de potentia dei et primo utrum deus possit facere
duo contraria simul. Secundo utrum possit facere infinitum in
Re. actu. Responsio. Ad primum dicendum quod quia et hoc non importat in deo imper-
fectionem potentie quia hoc non habet rationem potentie. Nam omnis virtus activa
producit actum similem sibi. Omne autem quod agit inquantum est in
ens actu ergo effectus agentis est ens actu. Quod vero ergo repugnat
ei quod est actu repugnat potentie active quod esset si contraria simul essent.
3m Ad secundum dicendum quod esse aliud infinitum actu possibile suspicatur ex
primo assumptio quod esset impossibile quia sequeretur id esse equale deo
sed hoc non sequitur quia ei quod est infinitum omnibus modis non adequatur id
quod est infinitum uno modo. Dato enim quod esset ignis infinitus secundum
magnitudinem non adequabitur deo quia si sit infinitus ignis
in quantitate tamen est quid finitum secundum speciem. Deus autem omnibus modis est
infinitus. Circa ergo queritur utrum sit possibile deo facere aliquid infinitum
Re. in actu. Dicendum quod potentie enim agentis per intellectum aliquid repugnat
dupliciter. Uno modo quia repugnat potentie eius. Alio modo quia repugnat modo
Potentia quo agit. Primo modo non repugnat potentie dei absolute quia non implicat
Modus contradictionem. Sed si consideretur modus quo deus agit non est possibile.
Deus enim agit per suum intellectum et per verbum quod est formativum omnium
unde oportet quod omnia que agit sint formata. Infinitum autem accipitur
